119* K., petentibus Waltrico urbis Patavie episcopo et Irminswinda matrona, per suum praeceptum confirmat oblatam sibi coram proceribus cartam nobilium testium manibus corroboratam, per quam Irminswint totam suam proprietatem in pago Rotangow in loco Kyrichpach sitam ecclesiae Pataviensi in honorem s. Stephani constructae legaliter tradiderat. — ‚Si petitionibus sacerdotum vel servorum'.

S. a. d. l.

Chartularia Patav. saec. 12 et 13 in arch. Monacensi.
Mon. Boica 31, 17 n° 7 ex chartul. c. a. 788. — Wiener Jahrbücher der Literatur 44, Anzeigeblatt 3 n° 20 ex cod. Lonstorfiano.

788, 25 oct.

120* K., cum ducatum Baioariae regno Francorum per aliquod tempus infidelitate Odilonis et Tassilonis alienatum in suam redegisset dicionem, s. Mediomatricensi ecclesiae s. Stephano dicatae, cui Engilrammus archiepiscopus et capellae sacri palatii gubernator praeest, donat et ei in perpetuum addictum esse vult monasterium Salvatoris Kieminseo nuncupatum in ducatu Baioariae, quod Doddogrecus peregrinus habuit. — ‚Omnibus fidelibus... quicquid enim ex his'.

Reganesburh civ., 8 kal. nov. a. 21 et 16.

Liber camerae Salisb. saec. 13 exeuntis in arch. Vindobonensi.
Kleimayrn Anhang 48 n° 8 ex hoc libro ad 789. — Böhmer 132 ad 788.

789, 23 mart.

121* K. legationis edictum. — ‚De monachis gyrovagis'.

Aquis pal. publ., 10 kal. apr. a. inc. 789, a. r. 21, ind. 12.

Pertz, LL. 1, 67: capit. monasticum, et 1, 68: cap. generale = Migne 1, 183 et 185. — Baluze capit. 1, 241 et 243. — Bréquigny ad 789.

[789, mart.]

122 K. admonitio. — ‚Omnibus ecclesiasticae pietatis ordinibus... considerans'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 53: capit. ecclesiasticum = Migne 1, 149. — Baluze capit. 1, 209. — Bréquigny ad 789. — Böhmer 135 ad 789.

[789, mart.]

123 K. capitulare missorum Aquitanorum. — ‚De illo edicto quod domnus'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 2, 14 = Migne 1, 671.

[790] mart.

124* K. monasterio Massiliensi in honorem b. Mariae vel s. Victoris martyris constructo omnibusque eius possessionibus emunitatis beneficium concedit. — ‚Maximum regni nostri in hoc augere'.

Quamarcia civ., mart. a. 22 et 17.

Chartul. maius mon. s. Vict. c. a. 1100 exaratum in arch. Massil.
Ex chartulario: Cartul. de S. Victor 1, 8 n° 8 ad 790. — Martène ampl. coll. 1, 46 ad 790 = Bouquet 5, 752 n° 64 = Migne 1, 978 n° 54. — Bréquigny ad 790. — Böhmer 137 ad 790.

[790] apr.

125* K., suggerente Petro Mediolanensis ecclesiae archiepiscopo, qui ex rebus ecclesiae iuxta corpora ss. Protasii, Gervasii, Ambrosii coenobium instituerat ibique sub potestate rectorum ecclesiae monachos secundum regulam s. Benedicti collocaverat iisque Benedictum abbatem praefecerat, oblatam sibi pontificis auctoritatem de monasterii institutione et dotatione confirmat monachisque licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Illud namque ad eternam beatitudinem'.

Wurmace pal. publ., apr. a. 22 et 17.

Apographum saec. 10 in arch. Mediolanensi.

Fumagalli cod. dipl. 81 n° 20 ex hoc apogr. ad 790. — Puricelli Ambrosianae Mediolani basilicae ac monasterii monumenta (Mediol. 1645 in 4°) 42 ex apogr. quod autographum esse credebat, ad 791. — Ughelli 4, 74 ad 791 = Le Cointe 6, 448 ad 790 = Migne 1, 1019 n° 12 ad 791. — Bréquigny ad 790. — Böhmer 138 ad 790.

790, 9 iun.

126 K. monasterio s. Salvatoris, quod Pippinus rex et Berterada regina in loco Prumia construxerunt et cui Asoarius abbas praeest, certas suae proprietatis res in pagis Logonahe, Heinrichi, Angrisgowe sitas, quas missi sui Asoarius et Aehardus in causa inter regem et Alpadum acta secundum legem evindicaverunt, donat et confirmat simulque monasterio compositionem ab Alpado partibus fisci solvendam remittit. — ‚Quicquid enim locis sanctorum'.

Magontia civ., 5 id. iun. a. 22 et 17.

Lib. aur. Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 39 n° 35. — Martène ampl. coll. 1, 45 = Hontheim 1, 142 n° 59 = Migne 1, 1064 n° 16. — Bréquigny ad 790. — Böhmer 139 ad 790.

790, 31 aug.

127 K. monasterio s. Dionisii concedit atque confirmat certas res in ducatu Alamanniae in pago Brisigavia in Binuzhaim et Romaningahoba sitas, quas olim Hrodhardus ab Unnido aliisque, qui eas, licet temporibus Pippini patris et Carlomanni avunculi regis fisco addictas, iniuste retinuerant, comparatas s. Dionisio delegaverat, Mainarius autem abbas utpote res iniuste acquisitas fisco restituit. — ‚Notum esse universis nostris credimus'.

Copsistaino, 2 kal. sept. a. 22.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Tardif 69 n° 89. — Félibien 42 n° 61. — Mabillon dipl. 502 n° 56 = Bouquet 5, 753 n° 67 = Migne 1, 977 n° 53. — Bréquigny ad 790. — Böhmer 140 ad 790.

790, 31 aug.

128 K. basilicae s. Martini concedit atque confirmat certas res in Stamaconstat in Brisigavia in ducatu Alamanniae sitas, quas olim Fulridus Alamannus, licet temporibus Pippini patris et Karlomanni avunculi regis fisco addictas, per cartam venditionis eidem basilicae delegaverat, Itherius autem abbas utpote res iniuste acquisitas fisco restituit. — ‚Notum esse universis nostris credimus'.

Copsistaino, 2 kal. sept. a. 22.

Martène ampl. coll. 1, 48 ex chartulario = Bouquet 5, 754 n° 68 = Migne 1, 979 n° 55. — Bréquigny ad 790. — Böhmer 141 ad 790.

[790] dec.

129* K. ob petitionem Arnonis Petenensis sive Salzburchensis episcopi, eiusdem episcopatui in honorem s. Petri constructo omnes res iuste possessas per suum praeceptum confirmat. — ‚Omnibus fidelibus... si ea que ad loca'.

Dec. a. 26 et 28; s. l.

Liber cam. Salisb. saec. 13 exeuntis in arch. Vindobonensi.
Kleimayrn Anhang 50 n° 9 ex hoc libro ad 791.

791, 3 ian.

130* K. ad quem Fater abbas retulit, Tassilonem dudum Baieariorum ducem in pago Drungaoe in loco Chremisa monasterium ad honorem s. Salvatoris construxisse eique per cartolam donationis regi oblatam loca quaedam hic nominata concessisse, ob petitionem abbatis, quia Tassilonis traditio non amplius rata esse poterat, per suam auctoritatem monasterio res a Tassilone traditas concedit atque confirmat. — ‚Si peticionibus sacerdotum vel servorum dei'.

Wormacie, 3 non. ian. a. 23 [ind. 14, a. inc. 789].

Charta mutila manu saec. 12 evangeliario Cremifan. inserta et copia vitiata in cod. Cremifan. dicto Fridericiano a. 1302 exarato.
Hagn 5 n° 2 ex duobus codicibus = Urkb. ob der Enns 2, 5 n° 3. — Rettenpacher 28 = Migne 1, 1065 n° 17. — Bréquigny ad 791. — Böhmer 142 ad 791.

791, aug.

131 K. ob suggestionem missam a Mauroaldo abbate monasterii s. Mariae in Acutiano in territorio Sabinensi constructi, inspectis instrumentis donationum Hilderici, Tacipergae genitricis atque Hilcipergae uxoris eiusdem quae monachi Acutiani Laurentius presbyter, Decorosus medicus et Altbertus regi ostenderunt, monasterio omnes res a praedictis condonatas per suum praeceptum confirmat. — ‚Si petitionibus sacerdotum vel servorum dei'.

Ragansburgi civ. pal. publ., aug. a. 23 et 18.

Gregorii Catin. registrum n° 178 in bibl. Vaticana.

Galletti 107 ex hoc registro. — Conf. Muratori script. 2ᵇ, 356 et antiqu. 5, 696.

[791, sept.]

132 K. Fastradae reginae renunciat a Pippino per missum relatum esse, scaras ex Italia profectas X kal. septembres fines Avariae transgressas esse, proelio commisso Avaros vicisse et vallo eorum expugnato magnam praedam fecisse. Se cum omni exercitu a nonis septembribus per tres continuos dies litanias fecisse, quas etiam Ragenisburgi fieri se velle. Rogat denique ut crebrius eum de sua filiorumque sanitate certiorem faciat. — ‚Dilectae nobis... salutem amabilem'.

S. a. d. l.

Cod. bibl. Paris. lat. 2777 saec. 9.

Sirmond conc. Galliae 2, 158 ad 791 = Le Cointe 6, 460 = Baluze capit. 1, 255 = Bouquet 5, 623 n° 5 = Mansi 13, append. 185 = Migne 2, 897 n° 5. — Bréquigny ad 791. — Böhmer 143 ad 791.

792, 4 aug.

133* K., petente Paulino s. Aquilegiensis ecclesiae in honorem s. Mariae vel s. Petri vel s. Marci constructae patriarcha, eiusdem congregationi concedit, ut salva principali regis potestate pastorem ex semet ipsis secundum canonicam auctoritatem eligant, simulque homines ecclesiae a solvendis decimis annonae et peculii, herbatico in partibus Istriae, fodro et mansionatico liberat, excepto quod mansiones ab eis praestandae sint, cum rex vel Pippinus filius vel eorum praesidium in partibus Foroiuliensibus commorentur. — ‚Si petitionibus sacerdotum ac servorum dei'.

Regenesburg pal. publ., 2 non. aug. a. 24 et 19.

Copia saec. 18 in cod. bibl. Marcianae lat. IX, 125.

Madrisio 258, append. 2 n° 3 ex copia recentiori = Cappelletti 8, 92 = Migne 2, 1447 n° 1. — Böhmer 145 ad 792.

[792] 4 aug.

134* K., petente Paulino patriarcha, ecclesiae Aquilegiensi in honorem s. Petri vel s. Hermacorae constructae omnes possessiones, et in iis coenobium s. Mariae a Feroce abbate extra muros Veronensis civitatis in loco ad Organum dicto aedificatum atque ecclesiam s. Laurentii in Boga Foroiulii loco atque xenodochium s. Iohannis a Rodualdo duce in Foroiulio constructum, per suum praeceptum confirmat easque sub integra emunitate esse iubet. — ‚Omnibus episcopis... maximum regni nostri'.

Reganesburg pal. publ., 2 non. aug. a. [34 et 24].

Copia vitiata a. 1669 exarata in cod. arch. Vindobonensis 102.
De Rubeis 381 ex copia recentiori ad 801 = Cappelletti 8, 102. — Böhmer 146 ad 792.

792, 28 aug.

135 K. omnes scire vult, ob petitionem Mauraldi abbatis et congregationis monasterii s. Mariae Hildericum a se iussum esse causas monasterii ubicunque requirere, ideoque omnibus praecipit, ut eum in reddenda monasterio iustitia adiuvent. — ‚Omnibus ducibus... notum vobis sit'.

Ragenisburg civ., 5 kal. sept. a. 24.

Gregorii Catin. chron. in bibl. Farfensi.
Muratori script. 2[b], 442 ex chron. ad 797 = Migne 1, 1023 n° 15. — Bréquigny ad 792. — Böhmer 147 ad 792.

[792.]

136* K. capitulare Langobardicum. — ‚De his feminis qui se deo voverant'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 50: § 1—5 capitularis Langob. a 786 = Migne 1, 147. — Baluze capit. 1, 539 § 30—34 ad 793.

[792.]

137 K. capitulare missorum. — ‚De singulis capitulis quibus d. rex'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 51: § 6—9 capitularis Langob. a. 786 = Migne 1, 149. — Baluze capit. 1, 540 § 35—38 ad 793.

794, 22 febr.

138* K., ambasciante Radone abbate, ecclesiae iuxta Reganisburgensium civitatem in honorem Christi et s. Hemmeramni constructae, in qua s. Hemmeramni corpus requiescit, donat CCLXVI iugera terrae cultae et incultae inter monasterii saepem, viam publicam et fontem Vivarium sita. — ‚Quicquid enim ob amorem dei'.

Franconofurd super fluvium Moin, 8 kal. mart. a. 26 et 20.

Autogr. in arch. Monacensi.
Mon. Boic. 28[a], 3 n° 2 ex autogr. — Ried 1, 8 n° 10 ex autographo, vitiose. — Pez thes. anecd. 1[c], 1 n° 1. — Lünig 21, Fortsetzung 99. — Böhmer 148 ad 794.

794, 31 mart.

139* K. ecclesiae s. Ticiani sub Cenedensium castro constructae, in qua idem s. requiescit et cui Dulcissimus episcopus praeest, praeceptum confirmationis concedit. — ‚Maximum regni nostri in hoc augere'.

Franconoford, 2 kal. apr. a. 26 et 20.

Charta valde corrupta in cod. arch. Vindob. 102 saec. 17.
Ughelli 5, 174 ex transumpto notarili a. 1337 = Migne 1, 1020 n° 13. — Verci 1, docum. 1 n° 1 ex dissertatione manuscr. ad 793 = Cappelletti 10, 234. — Bréquigny ad 794. — Böhmer 149 ad 794.

[794, iul.]

140* K. Elipando Toletanae civitatis metropolitano ceterisque Hispaniae sacerdotibus scribit, se cum quaestio orta sit de adoptione carnis Christi, s. Romanam ecclesiam et ecclesiasticos Britanniae viros consuluisse et ex omnibus suae ditionis ecclesiis generale concilium convocasse, ut ex diligenti multorum consideratione veritas catholicae fidei inveniretur. Mittit eis et libellos s. scripturarum hac de re testimonia continentes et decreta ex patrum et concilii consensu constituta et professionem fidei apostolica et synodali auctoritate stabilitam et a semet ipso sancitam. Obsecrat eos ut se corrigant et ad unanimitatem matris ecclesiae revertantur, ne ob errorem pro haereticis habeantur. — ‚Elipando... gaudet pietas christiana'.

S. a. d. l.

Sirmond conc. Galliae 2, 184 ad 794 = Bouquet 5, 623 n° 6 = Mansi 13, 899 n° 4 = Froben Alcuini opera 2, 582 = Migne 2, 899 n° 6. — Bréquigny ad 794. — Böhmer 150 ad 794.

794.

141 K. capitulare Francofurtense. — ‚Coniungentibus deo favente.. de Tasiloni definitum est'.

A. 26; s. d. l.

Pertz LL. 1, 71 = Migne 1, 191. — Baluze capit. 1, 261 = Bouquet 5, 650. — Bréquigny ad 794.

[794.]

142* K. edictum de rebus ecclesiasticis. — ‚Quia iuxta sanctorum patrum traditionem'.

S. a. d. l.

Baluze capit. 1, 379: § 1—3 capitularis Aquisgran. a. 803 adscripti. — Bréquigny ad 803.

794, 20 iul.

143* K. Aniano abbati, qui in concilio synodali se suaque monasteria s. Iohannis in Extorio et s. Laurentii in Olibegio in mundeburdium regis commendavit, litteras tuitionis dat simulque villam Caonas monasterio delegatam concedit. — ‚Omnibus fidelibus... rectum est regalis potestas'.

Franconofurd pal., 13 kal. aug. a. 26 et 20.

Mabillon dipl. 503 n° 58 ex autogr. ad 793 = Bouquet 5, 755 n° 72 ad 794 = Migne 1, 980 n° 56 ad 793. — Baluze capit. 2, 1399 n° 18 ex arch. monast. ad 794 = Vaissete 1, preuves 28 n° 8. — Bréquigny ad 794. — Böhmer 151 ad 794.

[795] mart.

144* K. Iohanni fideli suo, qui post reportatam in pago Barchinonensi in loco Ad-ponte de Saracenis victoriam a Ludovico rege villare eremum Fontes dictum ad laborandum acceperat, iam vero cum Ludovici epistola ad regem veniens se eiusdem manibus commendavit, concedit ut ipse eiusque posteri, dum fideles sint, quidquid aprisione occupaverit sine ullo censu aut inquietudine teneant. — ‚[Notum sit] omnibus episcopis... rectum est regalis potestas'.

Aquisgrani pal., mart. a. 25 et 18.

Charta vitiata.

Baluze capit. 2, 1400 n° 19 ex arch. archiepisc. Narbonn. ad 795 = Le Cointe 7, 341 ad 799 = Vaissete 1, preuves 29 n° 9 ad 795 = Bouquet 5, 778 ad 793. — Bréquigny ad 795. — Böhmer 133 ad 789.

[793—796.]

145* K. Athilhardum archiepiscopum eiusque coepiscopum Ceolvulfum rogat, ut per eorum apud Offanum regem deprecationem exulibus quibusdam, mortuo domino eorum Umhrinsgstan, in patriam revertentibus secure ibidem habitare liceat. — ‚Athilhardo... nullatenus vestram'.

S. a. d. l.

Duchesne Alcuini opera 1576 n° 61 = Le Cointe 6, 551 ad 795 = Bouquet 5, 624 n° 8 = Froben Alc. opera 2, 557 n° 2 = Migne 2, 934 n° 23. — Wilkins concilia magnae Britanniae (Londini 1737 in f°) 1, 154. — Bréquigny ad 795.

[796, ante iun.]

146* K. Homero auriculario iterum ad domnum apostolicum ituro mandat, ut eum ad vitam honeste agendam, ad canones observandos, ad vitandam simoniacam haeresim hortetur atque ab eo cer-

tum responsum de construendo s. Pauli monasterio petat. — ‚Homero... divina regente misericordia'.

S. a. d. l.

Duchesne Alcuini opera 1611 n° 83 = Le Cointe 6, 563 ad 796 = Baluze capit. 1, 271 = Bouquet 5, 625 n° 9 = Mansi 13, 981 n° 2 = Migne 2, 909 n° 9. — Bréquigny ad 796. — Böhmer 153 ad 796.

[796, ante iun.]

147 K. Leoni papae scribit maxime se gaudere, quod unanimiter electus sit et sibi fidelitatem promiserit. Electionem eius solatium sibi esse doloris quo morte antecessoris eius affectus sit. Mittere se Angilbertum, ut quaecunque ad augendam s. dei ecclesiam, ad stabiliendum papae honorem, ad firmandum ipsius patriciatum necessaria videantur, cum eo constituat atque foedus amicitiae feriat, quale cum antecessore eius ictum fuerit. — ‚Leoni... perlectis excellentiae vestrae litteris'.

S. a. d. l.

Duchesne Alc. opera 1612 n° 84 = Le Cointe 6, 552 ad 796 = Baluze capit. 1, 271 = Bouquet 5, 625 n° 10 = Mansi 13, 980 n° 1 = Migne 2, 907 n° 8. — Bréquigny ad 796. — Böhmer 154 ad 796.

796 [c. iun.]

148* K. Offae Merciorum regi de fidei catholicae sinceritate quam ex litteris eius cognoverit gratulatur eumque certiorem facit, peregrinis ad apostolorum limina proficiscentibus sine ulla vexatione cum pace iter facere licere, negotiatoribus autem telonea esse persolvenda iisque se patrocinium suum promittere. Certas quasdam res sedibus episcopalibus regnorum Offae et Ethelredi itemque ipsi regi dono se mittere. — ‚Viro venerando... primo gratias'.

S. a. d. l.

Wilh. Malmesburiensis de gestis regum Angl. lib. 1, in Savile rer. Angl. script. (Francofurti 1601 in f°) 32. — Le Cointe 6, 612 ex W. Malm. — Sirmond conc. Galliae 2, 208 = Bouquet 5, 627 n° 12. — Mansi 13, 982 n° 3 ex W. Malm. = Migne 2, 907 n° 7. — Bréquigny ad 796.

[ante 796, iul.]

149 K. Offae regi nunciat, presbyterum quendam Scottum per aliquod tempus in parochia Hildeboldi Coloniensis episcopi commoratum ibi propter infamiam diutius manere non posse ideoque se regem precari, ut illum in patriam revocet et proprio episcopo iudicandum committat. — ‚Dilecto fratri... presbyter iste'.

S. a. d. l.

Duchesne Alc. opera 1614 n° 85 = Le Cointe 6, 551 ad 793—796 = Baluze capit. 1, 275 = Bouquet 5, 626 n° 11 = Mansi 13, 982 n° 4 = Migne 2, 910 n° 12. — Bréquigny ad 797.

797, 17 febr.

150 K. auctoritas monasterio s. Salvatoris a Pippino et Bertrada in Prumia constructo de villis Lauriaco et Catiaco concessa. — Asoarius abbas, cum ad regem retulisset villas Lauriacum et Catiacum in Andecavo sitas, ab ava sua Theodilhildi et matre sua Wilhara possessas, una cum aliis rebus propter infidelitatem parentum suorum in fiscum redactis esse usurpatas, his villis a rege revestitus praeceptum confirmationis obtinuit. Cum autem paulo post per Odilhardum s. Nameticae urbis episcopum aliosque patefactum esset, Lauriacum ex legibus hereditati regis deberi, abbas in iudicium coram rege vocatus et a scabiniis suis secundum legem Romanam iudicatus iussus est reddere et praeceptum regale et praedictas villas, quarum unam Lauriacum rex deinde monasterio s. Salvatoris delegavit, alteram abbati in alodem per novam confirmavit auctoritatem. Post aliquot annos vero, cum contentio inter Asoarium et Nunonem comitem de quibusdam villae Catiaci appendiciis orta esset, per strumenta chartarum et testimonia veracium hominum compertum est, etiam Catiacum villam a Theodilhildi avia abbatis Pippino traditam esse et ideo regis esse debere. Nihilominus rex abbati, licet noxius inventus esset, indulgens duas villas monasterio s. Salvatoris confirmat. — ‚Quicquid enim in nostra vel procerum'.

Aquis pal. publ., 13 kal. mart. a. 29 et 25.

Lib. aur. Prum. saec. 12 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 41 n° 37. — Martène ampl. coll. 1, 51 = Hontheim 1, 144 n° 61 = Migne 1, 1068 n° 19. — Böhmer 156 ad 797.

797, 31 mart.

151 K., ambasciante Meginardo, Theodoldo comiti, postquam una cum infidelibus qui cum Pippino in vitam et regnum regis coniuraverant in iudicium Francorum adductus se iudicio dei idoniavit seu purgavit, omnem legitimam proprietatem reddi iubet et per suum praeceptum ei eiusque posteris confirmat. — ‚Praespicuae conpendiis regalibus'.

Aquis pal., pridie apr. a. 29 et 25.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Tardif 71 n° 96. — Félibien 43 n° 63. — Mabillon dipl. 504 n° 59 ad 799 = Bouquet 5, 758 n° 75 ad 797. — Bréquigny ad 797. — Böhmer 157 ad 797.

797, 28 apr.

152* K., petente Anghilberto abbate, monasterio Centulo in pago Pontivo in honorem Salvatoris, s. Mariae et s. Petri constructo,

in quo s. Richarii corpus requiescit, cellam quam Richarius in eodem pago in foreste iuxta cisternam seu iuxta Argubium locum aedificavit et in qua mortuus est, perpetuo possidendam cedit et condonat. — ‚Quicquid enim ob amorem'.

Aquis pal. publ., 4 kal. mai. a. 29 et 25.

Mabillon acta ss. 5, 97 ex Hariulfi chron. Centul. ad 798 = Bouquet 5, 759 n° 76 ad 797 = Migne 1, 986 n° 59 ad 798. — Bréquigny ad 797. — Böhmer 158 ad 797.

797 [ante iun.]

153* K. ob suggestionem ab Anselmo abbate missam monasterio Nonantulae in territorio Motonensi ad honorem dei, omnium apostolorum atque ss. Silvestri et Benedicti constructo, inspecta cartola donationis Adoini Langobardi filii Vectari, omnes res ab eo in territoriis Vicentino et Veronensi delegatas cedit et confirmat, insuper monasterio concedit Caldarium, Cesareticum et Casanovalam fundos in Bononiensi territorio sitos, qui a Gregorio Greco iocatore regis per praeceptum Liutbrandi regis vel per emphyteusim quondam possessi, postea iure legitimo in Karoli regis dominium devenerant. — ‚Si desideriis sacerdotum vel servorum dei'.

Aq[uis] pal. [reg.],... a. 29 et 25.

Autographum mutilum in arch. Nonantulano.
Tiraboschi Nonantola 2, 31 n° 15 ex autogr. ad 798.

797, 28 oct.

154 K. capitulare Saxonicum. — ‚Convenientibus in unum... ut ecclesiae viduae'.

Aquis pal., 5 kal. nov. a. inc. 797, a. r. 30 et 22.

Pertz LL. 1, 75 = Migne 1, 199. — Baluze capit. 1, 275 = Bouquet 5, 651. — Bréquigny ad 797. — Böhmer 159 ad 797.

[776—798.]

155* K. monasterio Epternaco super fluvium Suram in honorem s. Willibrordi ibidem humati constructo, cui Beonradus abbas praeest, villam suam Duovendorf super Gandram in pago Muslensi sitam, quam huc usque Geraldus missus per beneficium regis tenuit, donat atque tradit. — ‚Omnibus fidelibus... quicquit enim ad loca'.

S. a. d. l.

Liber aur. Epternac. saec. 13 incip. in bibl. Gothana.
Beitr. zur Diplomatik 5, 395 n° 6 ex hoc codice.

[776—798.]

156 K. monasterio Epternaco in honorem s. Petri constructo, in quo s. Willibrordus requiescit et cui Beonradus abbas praeest, donat insulam Breckera-Wetrida in Reno inter Breoneras et Rineras sitam, quam Widgarius et Autgarius per beneficium regis tenuerunt. — ‚Omnibus fidelibus... quicquit ad loca'.

S. a. d. l.

Liber aur. Epternac. saec. 13 incip. in bibl. Gothana.
Beitr. zur Diplomatik 5, 397 n° 7 ex hoc cod.

[776—798.]

157 K. cui Bernerardus Senonensis urbis et ecclesiae archiepiscopus et rector monasterii s. Willibrordi in loco Epternaco siti, ubi ipse sanctus requiescit, retulit, hoc monasterium certas res a Carlomanno quondam germano regis concessas quieto quidem ordine tenere, cartulam vero propter incuriam non accepisse, per suam auctoritatem easdem res monasterio denuo concedit atque confirmat, id est villas quasdam in pago Bedensi in loco Dreise super Salmanam fluvium et Officium super Liseram. — ‚Quicquid enim locis sanctorum venerabilium'.

S. a. d. l.

Liber aur. Epternac. saec. 13 incip. in bibl. Gothana.
Martène ampl. coll. 1, 47 ex l. aureo c. a. 790 = Hontheim 1, 143 n° 60 c. a. 794 = Migne 1, 1067 n° 18. — Beyer 1, 40 n° 36 ex veteri copia c. a. 794. — Bréquigny ad 790.

[798.]

158* K. Albini epistolae de ratione septuagesimae, sexagesimae, quinquagesimae et quadragesimae respondet. — ‚Dilectissimo magistro... pervenit ad nos epistola.'

S. a. d. l.

Cod. Vindob. 966 saec. 9.
Duchesne Alc. opera 1147 = Froben Alc. opera 1ª, 88 n° 66 ad 798 = Migne 2, 911 n° 13 ad 800. — Bréquigny ad 794.

799, iun.

159* K. ad quem Benedictus monasterii s. Mariae in loco Aniano in pago Magdalonensi constructi abbas retulit, se una cum monachis in locis eremis fisci Iuviniaci in loco Fonte-agricolae Novam-cellam et alteram cellam in loco Asogrado et duo molina super Leto fluvium aedificasse et insuper alia loca erema Porcarias, Comaiacas, Caucinum, consentientibus comitibus atque accolis, apprendisse, ob suggestionem abbatis omnes has res ab eo

nullo contra dicente possessas per suum praeceptum ei concedit atque confirmat. — ‚Omnibus episcopis... notum sit qualiter'.

Aquis pal., iun. a. 31 et 26.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.

Bouquet 5, 761 n° 79 ex schedis Mabillonii = Migne 1, 988 n° 60. — Vaissete 1, preuves 29 n° 10 ex transumpto a. 1314 = Layettes 1, 4 n° 4. — Bréquigny ad 799. — Böhmer 162 ad 799.

799, 13 iun.

160* K. suis oraculis donationis testamentum sibi ostensum confirmat, per quod eius soror deo sacrata Gisla monasterio ss. Dionysii, Rustici, Eleutherii, quorum corpora ibidem requiescunt, vel [Fulrado] abbati delegavit villam suam Puciales in pago Adrapatensi cum ecclesiis in hon. s. Vedasti constructis et cum omnibus appendiciis in eodem pago et in Vermandensi et Ambianensi et Cameracensi pagis sitis. — ‚Si ea quae a deum timentibus hominibus'.

Aquis pal., id. iun. a. 31 et 26.

Doublet 721 = Bouquet 5, 761 n° 78 = Migne 1, 985 n° 58. — Bréquigny ad 799. — Böhmer 161 ad 799.

[800] 26 mart.

161* K. Autlando abbati atque fratribus monasterii Sithiu in honorem s. Petri constructi, in quo ss. Audomari et Bertini corpora requiescunt, concedit, ut eorum hominibus in silvis monasterii, salvis regis forestibus, venationem exercere liceat. — ‚Quicquid enim ad loca sanctorum'.

Sithiu in atrio s. Bertini, 7 kal. apr. a. 20.

Copia chartul. Folquini saec. 12 in bibl. Bononiensi.

Mabillon dipl. 611 n° 199 ex chartul. autogr. Folquini = Bouquet 5, 752 n° 63 ad 788 = Migne 1, 976 n° 52. — Cartul. de S. Bertin 63 n° 45 ex copia saec. 12 ad 788. — Bréquigny ad 788.

800, 2 iun.

162* K., petente Albino abbate monasterii s. Martini, in quo eius corpus requiescit, fratribus in monasterio s. Pauli in Cormarico constructo secundum regulam s. Benedicti conversantibus licentiam dat duas naves ab omni teloneo solvendo liberas per Ligerim, Meduanam, Sartam, Ledum, Viennam dirigendi. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia petitione'.

Turonis in mon. s. Martini, 4 non. iun. a. 32 et 27.

Bouquet 5, 764 n° 82 ex chartul. s. Mart. = Migne 1, 993 n° 64. — Baluze capit. 2, 1401 n° 20 ex chartul. s. Mart. — Gallia christ. 14, instr. 12 n° 9 ex cop. recent. = Bourassé 9 n° 3. — Bréquigny ad 800. — Böhmer 163 ad 800.

800, 3 iun.

163* K. Albino abbati [et magistro suo] licentiam dat in cella s. Pauli Cormarico dicta ab antecessore eius Iterio constructa et s. Martino tradita monachos secundum s. Benedicti statuta constituendi, ea quidem ratione ut cella in potestate s. Martini permaneat monachique protectione et subsidio abbatum s. Martini fruantur. — ‚Omnibus fidelibus s. Martini'.

Turonis civ. in mon. s. Martini, 3 non. iun. a. 32 et 27.

Charta vitiata et additamentis suspecta.

Bouquet 5, 765 n° 83 ex arch. monasterii = Migne 1, 992 n° 63. — Monsnyer 199 = Bourassé 7 n° 2. — Gallia christ. 14, instr. 11 n° 8. — Bréquigny ad 790 et 800. — Böhmer 164 ad 800.

[800, iun.]

164 K. capitulum pro pago Cenomannico. — ‚Pro nimia reclamatione'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 82 = Migne 1, 209.

[800] iun.

165* K. ad quem Nimfridius abbas retulit, se una cum monachis intra eremum territorii Narbonensis super Orobionem fluvium in loco Novalias dicto monasterium in honorem s. Mariae construxisse, vineas ibidem plantasse, agros coluisse ideoque se has res nullo contra dicente possidere, rex abbati ob eius suggestionem praedictas possessiones per suum praeceptum concedit atque confirmat. — ‚Omnibus episcopis... notum sit qualiter vir'.

Compendio pal. reg., iun. [a. 11, ind. 1].

Autogr. mutilum in archivo Carcassonensi.

Mahul 2, 208 ex autogr. et apographis saec. 17 ad 778, vitiose. — Bouquet 5, 741 n° 44 ex schedis Cl. Estiennot, sine notis chronol. ad 779 = Migne 1, 962 n° 39. — Gallia christ. 6, instr. 411 n° 1 ex apogr. ad 778 = Marini 104 n° 70. — Specimen scripturae in Silvestre 3, 69. — Bréquigny ad 778. — Böhmer 95 ad 779.

[796—800.]

166 K. basilicae s. Martini, cuius corpus ibidem requiescit, inspectis Pippini aliorumque antecessorum quas Alchuinus abbas sibi obtulit emunitatibus, denuo concędit, ut omnes res s. Martini, in quocunque regno sive in Austria sive in Neustria, Burgundia, Aquitania, Provincia sint, sub plenissima immunitate consistant, et adiungit ut, qui hoc praeceptum violaverint, poena DC solidorum auri multentur et ut ipsa emunitas, si qua in re im-

minuta vel infracta fuerit, hac auctoritate penitus sit restaurata. — ‚Omnibus episcopis... decet etenim regalis clementiae dignitatem'.

Lauduno castro; s. a. d.

Martène thes. anecd. 1, 13 ex chartul. = Bouquet 5, 763 n° 81 = Migne 1, 990 n° 62. — Gallia christ. 14, instr. 13 n° 10 ex schedis Baluzianis. — Bréquigny ad 796.

[787—800.]

167* K. epistolis Hiltibaldi, Maginharti, Aginonis, Gerhohi, Hartrichi episcoporum de septiformi spiritus sancti gratia respondet. — ‚Hiltibaldo... gratias agimus sanctitati vestrae'.

S. a. d. l.

Mabillon analecta 74 ex bibl. Augiensi = Migne 2, 914 n° 14.

[774—800.]

168 K., petente Fulcone abbate, suo praecepto sancit, ut in monasterio s. Aniani ordo canonicus observetur et villae Apponiacus et Herbiliacus in pago Aurelianensi, tres mansi in Bercillis et unus in Sucaranae villa itemque res in Turmo in pago Blesensi sitae usibus LX canonicorum ibidem constitutorum deserviant. — ‚Comperiat omnium fidelium solertia'.

S. a. d. l.

Hubert preuves 74 ex apogr. mutilo tabul. s. Aniani = Le Cointe 6, 321 ante a. 786 = Bouquet 5, 765 n° 84 = Migne 1, 993 n° 65. — Bréquigny ad 786.

[c. a. 800.]

169* K. ob petitionem Rotgerii comitis, qui monasterium in loco proprietatis suae Karofo super fluvium Karante in pago Pictavensi ad honorem Salvatoris constructum, constituto David abbate, in manus regis delegavit, abbati vel congregationi monasterii immunitatis beneficium concedit. — ‚Maximum regni nostri'.

S. a. d. l.

Besly 155 ex tabul. monast. = Le Cointe 6, 437 = Bouquet 5, 762 n° 80 = Migne 1, 989 n° 61. — Bréquigny ad 789.

[ante 800.]

170* K. capitulare. — ‚Ut infra regna Christo propitio nostra'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 121 § 16—22 ad 803 = Migne 1, 268. — Baluze capit. 1, 400 § 16—22 ad 803 = Bouquet 5, 666. — Conf. Boretius 121.

[ante 800.]

171 K. edictum pro episcopis. — ‚Dilectis comitibus ... cognoscat utilitas vestra quia resonavit'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 81 = Migne 1, 209. — Baluze capit. 1, 329 = Bouquet 5, 766 nº 85. — Bréquigny ad 800. — Boretius 113 ad 786.

[ante 800.]

172 K. capitulare. — ‚Quod deo miserante filii nostri'.

S. a. d. l.

Baudi di Vesme edicta reg. Langob. (Taurini 1855) 197; conf. praef. 105.

ACTA KAROLI IMPERATORIS.

801, 4 mart.

173* K., cum Romae in iudicio resideret ibique Aribertus s. Aretinae ecclesiae episcopus Andream s. Senensis ecclesiae episcopum de monasterio s. Ansani aliisque ecclesiis ab episcopis Senensibus ex Adriani papae temporibus occupatis interpellaret, inspecta sententia quam Leo summus pontifex una cum sacerdotibus rogatu imperatoris tulerat, iubet ut omnes res ab Aretina ecclesia priscis temporibus possessae Ariberto restituantur, easque ei et successoribus per suum praeceptum confirmat. — ‚Quicquid in nostra et in procerum nostrorum praesentia'.

Romae in ecclesia s. Petri, 4 non. mart. a. 33 [et 34 imp.].

Charta vitiata.
Ughelli 1, 412 ad 795 = Migne 1, 1021 nº 14. — Bréquigny ad 801. — Böhmer 165 ad 801.

801, 29 mai.

174* K., cum Roma redux in territorio Bononiensi ad causas audiendas resideret, interpellante Vitali Bononiensis urbis episcopo Anselmum abbatem monasterii Nonantulae in honorem Salvatoris, ss. apostolorum et s. Silvestri constructi de ecclesia baptismali s. Mammae dicata in vico Liciano, una cum fidelibus suis iudicat, ut episcopus, cuius antecessor Romanus hanc ecclesiam consecravit, ex lege canonica ibidem consecrationem, confirmationem, praedicationem et correctionem presbyteri ab abbate eligendi habeat et peragat, abbas autem secundum regium praeceptum in iudicio obla-

tum, per quod Haistulfus quondam illum vicum monasterio delegavit, ecclesiam a monachis atque habitatoribus vici cum consensu episcopi aedificatam quiete possideat. — ‚Cum nos in dei nomine territorium'.

In territorio Bononiense super fluvium Renum, 4 kal. iun. a. imp. 1, a. r. 33 et 28.

Autogr. ex parte corrosum in arch. Nonantulano.

Tiraboschi Nonantola 2, 34 nº 18 ex autogr. — Böhmer 167 ad 801.

801 [iun.—sept.]

175* K. capitula legi Langobardorum addita. — ‚Omnibus ducibus... cum Italiam propter utilitatem'.

A. inc. 801, ind. 9, a. r. 33 et 28, a. consolatus 1; s. d. l.

Pertz LL. 1, 83: § 1—8 capit. Ticinensis ad 801, iun. = Migne 1, 211. — Baluze capit. 1, 345. — Bréquigny ad 801.

[801, nov.]

176* K. capitulare Aquisgranense. — ‚Ut cuncti sacerdotes precibus assiduis'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 87 = Migne 1, 217. — Martène ampl. coll. 7, 26. — § 1—21 in Baluze capit. 1, 357.

[802, ian.]

177* K. mandatum de Saxonibus obsidibus imperatori Moguntiae praesentandis. — ‚De Westfalahis'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 89 = Migne 1, 221. — Ussermann prodromus Germaniae sacrae 1, dissert. praevia 68 ad 797 vel 803.

[802, mart.]

178 K. capitulare Aquisgranense. — ‚De legatione a domno imperatore directa. Serenissimus'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 91 = Migne 1, 223. — Baluze capit. 1, 361 = Bouquet 5, 658. — Bréquigny ad 802.

[802, mart.]

179 K. capitula missis dominicis data: a) capitula missorum per missaticum Parisiense et Rodomense. — ‚De fidelitatis iurandum omnes'. — b) capit. missorum per missaticum Senonense. — ‚In primis de Aurelianense civitate'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 97 et 2, 16 = Migne 1, 234. — Baluze capit. 1, 375.

[802, nov.]

180 K. capitula excerpta. — ‚Ut eorum qui ad ordinandum veniunt'. S. a. d. l.

Baluze capit. 1, 515 incerti anni = Bouquet 5, 690 = Pertz LL. 1, 99 ad 802 = Migne 1, 237. — Bréquigny ad 813.

[802, vere.]

180[bis] Capitulare Langobardicum a Pippino rege promulgatum. — ‚Volumus atque ammonemus ut episcopi'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 103 = Migne 1, 243. — Boretius 136: 801—810.

802, 23 apr.

181* K. apud quem Aquis in iudicio residentem sacerdotes et canonici ecclesiae s. Gervasii in urbe Cenomannica, consentientibus Iosepho metropolitano, Francone aliisque episcopis comprovincialibus, conquesti sunt, quod fideles imperatoris, qui ex eius largitione res ecclesiae beneficiario munere acceperint, nonas et decimas aliosque census aut usibus clericorum aut restaurationi ecclesiarum destinatos negligenter persolvant vel omnino solutionem differant, imperator ob petitionem sacerdotum statuit atque iubet, ut omnes qui huius ecclesiae beneficia habeant aut in posterum habituri sint, ex consensu episcopi ea quidem, dum cum rebus publicis commutentur, teneant, sed de omni eorum reditu nonas et decimas et alios census persolvant, [atque si quando hanc iussionem contempserint censumque neglexerint, illa beneficia perdant. Et ne hae res dominationi ecclesiae eripiantur, nomina XIX monasteriorum vel cellularum et LXXXII vicorum, ex quibus, cum iuris ecclesiae sint, censum solvendum esse imperatori authenticis scriptis comprobatum fuit, huic praecepto inseruntur]. — ‚Si precibus sacerdotum ac servorum'.

Apr., 9 kal. mai. a. imp. 2, a. r. 34 et 29; in textu: Aquis palatio.

Charta interpolata actis pontif. Cenom. inserta in cod. bibl. Cenom. saec. 12.

Mabillon analecta 294 ex actis p. C. = Bouquet 5, 767 n° 87 = Migne 1, 994 n° 66. — Bréquigny ad 802. — Böhmer 170 ad 802.

802, 15 sept.

182* K. ad quem Richulfus s. Mogontiacensis ecclesiae archiepiscopus retulit, Maginfredum quondam imperatoris servum monasterio Herolvesfeld in honorem ss. Simonis et Tathei constructo res iuste acquisitas per cartolam traditionis delegasse, hanc tra-

ditionem autem, cum Maginfredus servus imperatoris esset, non secundum legem esse factam, imperator ob petitionem pontificis monasterio easdem res in Thoringia in pago Helmgawe in villa Salzaha et in pago Altgawe in villa Corneri sitas per suam auctoritatem cedit et confirmat. — ‚Si petitionibus sacerdotum vel servorum'.

Wosega silva in loco Suega, 17 kal. oct. a. imp. 2, a. r. 34 et 29, ind. 10.

Autogr. in arch. Kasselano.
Wenck 3b, 18 nº 18 ex autogr. — Ectypon in Kopp Schrifttafeln nº 17. — Böhmer 173 ad 802.

[802, oct.]

183 K. capitulare generale Aquense: a) capitulare generale. — ‚Omnes ecclesiasticos de eorum eruditione'. — b) capitula examinationis generalis. — ‚Interrogo vos presbyteri'. — c) capitula de doctrina clericorum. — ‚Fidem catholicam'. — d) excerpta canonum et capitula varia. — ‚Ut sacerdotes et ministri'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 106 = Migne 1, 246.

803 [ante iun.]

184 Capitula quae iussu Karoli in lege Salica mittenda sunt. — ‚De homicidiis clericorum; si quis subdiaconum'.

A. 3; s. d. l.

Merkel lex Salica 46. — Pertz LL. 1, 113 = Migne 1, 255. — Baluze capit. 1, 387 = Bouquet 5, 661. — Bréquigny ad 803.

[803, ante iun.]

185 Capitula quae iussu Karoli in lege Ribuaria mittenda sunt. — ‚Si quis ingenuus ingenuum'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 117 § 1—13 = Migne 1, 263. — Baluze capit. 1, 395 = Bouquet 5, 665.

[803.]

186 K. capitula missorum. — ‚De causis admonendis, de ecclesiis emendandis'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 114: capit. minora § 1—29 = Migne 1, 259. — Baluze capit. 1, 391 = Bouquet 5, 663.

803, 13 iun.

187 K. ob petitionem Benedicti abbatis monasterio s. Mariae Acutiano dicto in territorio Sabinensi sito quascunque res praesenti tempore [anno scilicet ab incarnatione d. Iesu DCCCIII] ex donationibus, venditionibus, commutationibus possideat et in posterum acquirat, per suum praeceptum plenius concedit atque confirmat. — ‚Si ea quae a deum timentibus'.

Aquis pal. publ., id. iun. a. imp. 3, a. r. 35 et 29, ind. 11.

Gregorii Catin. chron. in bibl. Farfensi.

Ex chronico: Muratori script. 2[b], 358 = Migne 1, 1027 n° 18. — Duchesne script. 3, 653 = Le Cointe 6, 814. — Bréquigny ad 803. — Böhmer 174 ad 803.

803, 13 aug.

188* K., petente Fortunato Gradensi patriarcha et sedis ss. Marci et Hermacorae episcopo, ipsius ecclesiae omnes possessiones in Istria, Romandiola sive Longobardia sitas sub immunitatis nomine confirmat. — ‚Maximum regni nostri augere'.

Salcio sacro pal., id. aug. a. imp. 3, a. r. 33 et 28.

Cod. Trevisanus saec. 15 in arch. Vindobonensi.

Ughelli 5, 1095 = Le Cointe 6, 817 = Belhomme hist. Mediani in monte Vosago monasterii (Argentorati 1724 in 4°) 159 = Mainati chron. di Trieste (Venezia 1817 in 8°) 1, 41 ad 788 = Migne 1, 1028 n° 19 ad 803 = Cappelletti 9, 36. — Bréquigny ad 803.

[803, aug.]

189 K. ob petitionem Fortunati Venetiarum et Istriensium patriarchae quatuor eiusdem aut successorum naves ab omni teloneo solvendo liberat. — ‚Omnibus fidelibus nostris... notum sit quia'.

S. a. d. l.

Cod. Trevisanus suprascriptus.

Beitr. zur Diplomatik 5, 398 n° 8 ex hoc codice.

[803, aug.]

190 K. capitulare ad Salz. — ‚Ut ecclesias dei bene constructae'.

S. d.; in inscriptione: ad Salz, a. 4.

Pertz LL. 1, 123 = Migne 1, 271. — Baluze capit. 1, 415 ad 804. — Bréquigny ad 804.

[803, sept.—nov.]

191* K. capitula legi Baioariorum addita. — ‚Ut aecclesia, viduae, orfani'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 126 = Migne 1, 277. — Pertz LL. 3, 477; conf. 250. — Baluze capit. 1, 207 ad 788 et 1, 445 ad 806; conf. 2, 1035 = Bouquet 5, 675. — Bréquigny ad 788 et 806.

[803, sept.—nov.]

192* K. capitulare Baioaricum. — ‚Primus omnium iubendum est ut habeant'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 127 = Migne 1, 297. — Pertz LL. 3, 477; conf. 250. — Baluze capit. 1, 449 ad 806 = Bouquet 5, 676. — Bréquigny ad 806.

803, 17 nov.

193* K., petentibus Pipino rege Longobardorum et Petro s. Comensis ecclesiae episcopo, huic ecclesiae omnes res et possessiones et inter eas teloneum mercati ipsius loci [et Berinzonam plebem cum comitatu et districtu et portu] confirmat simulque clericis Cumanis [comitatum Clavennae et] clusas et pontem eiusdem loci concedit et de suo iure in ius canonicorum transfert. — ‚Si petitionibus sacerdotum vel servorum'.

Reguntiburg pal. publ., 15 kal. dec. a. imp. 3, a. r. 36, ind. 11, [a. inc. 803].

Tatti 945 ex tabul. ecclesiae = Cappelletti 11, 319. — Ughelli 5, 263 ex arch. = Le Cointe 6, 820. — Bréquigny ad 803. — Böhmer 175 ad 803.

[803.]

194 K. capitula legi Frisionum addita quae dicuntur additio sapientum. — ‚Wulemarus, de pace faidosi'.

S. a. d. l.

Herold orig. ac German. antiquit. libri 143 = Lindenbrog cod. leg. antiquarum 503 = Walter corp. iur. Germ. 1, 367 = Richthofen in Pertz LL. 3, 682; conf. 652. — Conf. Stobbe Beitr. zur Gesch. des deutschen Rechts 1, 182.

[803.]

195* K. capitula alia addenda. — ‚De clericis et laicis qui chrisma'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 120 § 1—3. 12—15 = Migne 1, 267. — Baluze capit. 1, 399 § 1—3. 12—15 = Bouquet 5, 666. — Bréquigny ad 803.

[803.]

196 K. capitula misso cuidam data. — ‚Continebatur namque in primo capitulo'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 121 = Migne 1, 269. — Baluze capit. 1, 401 = Bouquet 5, 667. — Bréquigny ad 803.

[801—804, mai.]

197* K. Albino magistro et congregationi s. Martini scribit, eodem tempore per litteras Theodulfi episcopi et congregationis nunciatum sibi esse, clericum quendam ex custodia episcopi elapsum contra iussionem suam in basilica s. Martini latere. Eorum litteris, quae nimia cum iracundia compositae sint, iniuste accusari episcopum. Praecipere se, ne iussio sua imminuatur, ut clericus episcopo tradatur et ab hoc ad suum placitum sistatur. Aegre se ferre quod hominis scelerati precibus quam iussis suis obtemperare maluerint. Vitam eorum a multis neque iniuste diffamari; eos nunc monachos, nunc clericos, nunc neutros se dicere nec, novo abbate ab imperatore instituto, se correxisse. Sive canonici, sive monachi audiant, velle se ut secundum verba missi sui ad placitum suum veniant et crimen diluant. — ‚Albino venerabili magistro... pridie quam ad nostram'.

S. a. d. l.

Cod. bibl. Paris. 2718 saec. 9.

Baluze capit. 1, 413 ex hoc cod. = Le Cointe 7, 525 ad 803 = Bouquet 5, 628 n° 15 = Froben Alc. opera 1ᵃ, 174 n° 119 = Migne 2, 921 n° 18. — Bréquigny ad 803.

[804.]

198 K. epistola de oratione dominica et symbolo discendis; exemplar ad Garibaldum episcopum inscriptum. — ‚Garibaldo... bene igitur recordari credimus'.

S. a. d. l.

Martène ampl. coll. 7, 19 = Pertz LL. 1, 123 = Migne 2, 917 n° 15 ad 800. — Bouquet 5, 630 n° 17. — Bréquigny ad 808.

[804.]

199 K. capitulare de latronibus. — ‚Ut ubicumque eos repererint'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 129 = Migne 1, 279.

[804.]

200 K. capitula ecclesiastica. — ‚Episcopus in cuius parochia'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 129 = Migne 1, 279.

[805, vere.]

201 K. capitulare Aquisgranense. — ‚Capitula quae volumus ut episcopi'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 130 = Migne 1, 281.

805, dec.

202 K. capitulare duplex in Theodonis villa promulgatum. — ‚De lectionibus, ut lectiones in ecclesia'.

In inscriptione: ad Teotonem v., a. imp. 5 ante natale domini'.

Pertz LL. 1, 131 = Migne 1, 281. — Baluze capit. 1, 421. 430. 435 = Bouquet 5, 672. 674. — Bréquigny ad 805. — Conf. Boretius 85: capit. missorum.

806, 20 ian.

203 K. monasterio s. Salvatoris a Pippino in loco Prumia constructo, cui Tancradus abbas praeest, donat mansum in Walemaresthorpf cum Williario servo monasterio antea a Meginfredo servo imperatoris nulla tamen legitima auctoritate delegatum ‚itemque totam legis multam remittit quam abbas eiusque advocatus, cum Rimigarius comes et missus illas res ut regias evindicasset, solvere debebant. — ‚Quicquid igitur locis venerabilibus ob amorem'.

Theodone villa pal., 13 kal. febr. a. imp. 6, a. r. 38 et 33, ind. 14.

Liber aur. Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 50 n° 44. — Martène ampl. coll. 1, 59 = Hontheim 1, 156 n° 65 = Migne 1, 1073 n° 23. — Bréquigny ad 806. — Böhmer 180 ad 806.

[806, 6 febr.]

204* K. divisio imperii. — ‚Omnibus fidelibus sanctae dei aecclaesiae'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 140 = Migne 1, 295. — Baluze capit. 1, 439. — Bréquigny ad 806. — Böhmer 181 ad 806.

806, mart.

205 K. capitulare duplex ad Niumagam. — ‚Unusquisque in suo missatico'.

In inscriptione: ad Niumaga, a. imp. 6, infra quadragesimam.

Pertz LL. 1, 143 = Migne 1, 301. — Baluze capit. 1, 451 = Bouquet 5, 677. — Bréquigny ad 806. — Böhmer 182 ad 806. — Boretius 87: cap. missorum et cap. per se scribenda.

[806, vere.]

206* K. encyclica de placito generali habendo; exemplar ad Fulradum abbatem inscriptum. — ‚Notum sit tibi quia placitum'.

S. a. d. l.

Insertum chartul. Niederaltachensi arch. Monacensis.

Ex hoc chartulario: Mon. Boica 31, 24 n° 10 c. a. 804. — Pez thes. anecd. 6ª, 73 n° 8 = Bouquet 5, 633 n° 21 = Migne 2, 935 n° 24. — Mon. Boica 11, 100 n° 1 c. a. 802 = Pertz LL. 1, 145 ad 806. — Bréquigny ad 784.

[806] vere.

207 K. capitula per missos promulganda. — ‚Ut nullus ad mallum'. S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 146: cap. Aquense, 806 auctumno = Migne 1, 305. — Baluze capit. 1, 447 = Bouquet 5, 676. — Bréquigny ad 806. — Conf. Boretius 89.

[806.]

208 K. capitula presbyterorum. — ‚Sicut sancta synodus Nicaena'. S. a. d. l.

Martène ampl. coll. 7, 14 ex cod. Andaginensis monast. s. Huberti saec. 9 = Pertz LL. 1, 138 = Migne 1, 293.

807, 28 apr.

209 K. monasterio s. Salvatoris a Pippino in loco Prumia constructo, cui Tancradus abbas praeest, certas res in pago Andegavino in Laniaco et in pago Rodonico in Stivale, Caucina, Turicis et in Villanova sitas donat, quae a Godeberto quondam possessae, cum is propter inlicita et incestuosa opera in iudicio, cui Hugo comes et Tancradus abbas interfuerunt, condemnatus esset, evindicatae in fiscum devenerunt. — ‚Quicquid enim ob amorem domini nostri'.

Aquis pal. publ., 4 kal. mai. a. i. 7, a. r. 39 et 34, ind. 15.

Liber aur. Prum. saec. 12 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 51 n° 45. — Martène ampl. coll. 1, 60 = Hontheim 1, 157 n° 66 = Migne 1, 1075 n° 24. — Bréquigny ad 807. — Böhmer 183 ad 807.

807, 7 aug.

210* K. ob petitionem ab Agilwardo episcopo ecclesiae Wirziburgensis, in qua s. Kilianus requiescit, et ab Audolfo comite missam, ostensas sibi commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas episcopus de rebus ecclesiae suae in hon. s. Salvatoris constructae Audulfo ad partem regis villam Fridunbach in pago Collogaoe cum decimis ex villis Fridunbach, Autgansisova, Waltmannisova solvendis dedit et invicem comes permittente imperatore de beneficiis suis Agilwardo eiusque ecclesiae dedit ecclesiam in Sciffa in pago Dubragaoe et certas res in Odinga villa et quicquid Hundulfus quondam in comitatu Audolfi habuit et adhuc filius eius Agilulfus presbyter habet. — ‚Si enim ea quae fideles regni nostri'.

Inghilinhaim pal., 7 id. aug. a. imp. 7, a. r. 39 et 34, ind. 14.

Autogr. in arch. Monacensi.

Ex autographo: Wirtemb. Urkb. 1, 66 n° 62. — Mon. Boica 28ᵃ, 5 n° 3. — Eckhart 2, 863 n° 1. — Bréquigny ad 807. — Böhmer 184 ad 807.

807.

211* K. capitulare Aquense. — ‚In primis quicumque beneficia'. In inscriptione: ad Aquis pal., a. 7.

Pertz LL. 1, 148 = Migne 1, 307. — Baluze capit. 1, 457 = Bouquet 5, 678. — Bréquigny ad 807.

[807.]

212 K. epistola ad Pippinum regem Italiae. — ‚Dilectissimo filio... pervenit ad aures clementiae'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 150. — Baluze capit. 1, 461 = Bouquet 5, 629 n° 16. — Migne 2, 929 n° 17 ad 801. — Bréquigny ad 801. — Conf. Le Cointe 7, 29 ad 804.

808 [apr.]

213 K. capitulare Noviomagense duplex. — ‚De latronibus et furibus'. In inscriptione: a. 8; s. d. l.

Pertz LL. 1, 152 = Migne 1, 311. — Baluze capit. 1, 463 = Bouquet 5, 679. — Bréquigny ad 808.

808, 26 mai.

214* K., petente Iuliano urbis Placentinae episcopo, ecclesiae eius ad honorem ss. Antonini, Victoris, Iulianaę constructae omnem iudiciariam in Gusiano curte ecclesiae [cuius limites hic describuntur], omne teloneum et quicquid ibidem cum de arimannis tum de aliis liberis hominibus exigendum sit concedit, ita ut pontifex eiusque successores has res sub emunitatis nomine possideant. — ‚Omnibus igitur [nobilibus catholicis]'.

Aquisgrani pal., 7 kal. iun. a. imp. 8, a. r. 40 et 34, ind. 1.

Apographum interpolatum in arch. Placentino.

Campi 1, 455 ex arch. cathedralis = Le Cointe 7, 109 = Cappelletti 15, 17. — Ughelli 2, 199 = Migne 1, 1036 n° 24. — Bréquigny ad 808. — Böhmer 185 ad 808.

808, 17 iul.

215* K. qui post acquisitum Langobardorum regnum nonnullos Langobardos in Franciam abduxerat, deinde vero ob petitionem Pippini regis in patriam remiserat eisque hereditatem in fiscum redactam reddi iusserat, uni ex illis Manfredo ex civitate Regia oriundo omnem hereditatem quam antea iure possederit per suum praeceptum reddit et confirmat. — ‚Notum sit... qualiter nos deo favente'.

Aquisgrani pal., 16 kal. aug. a. imp. 8, a. r. 40 et 38, ind. 1.

Autogr. in arch. regio Mutinensi.

Muratori antiqu. 3, 781 ex autogr. = Tiraboschi Modena 1, cod. dipl. 11 n° 9 = Migne 1, 1037 n° 25. — Böhmer 186 ad 808.

808.

216 K. capitulare Aquisgranense. — ‚De pace infra patriam'.
In inscriptione: a. 8; s. d. l.
Pertz LL. 1, 154 = Migne 1, 315. — Baluze capit. 1, 465. — Bréquigny ad 808.

[808.]

217* K. capitulare de exercitu promovendo. — ‚Ut omnis liber homo'.
S. a. d. l.
Pertz LL. 1, 119 ad 803 = Migne 1, 265. — Baluze capit. 1, 489 ad 812 = Bouquet 5, 683. — Bréquigny ad 812.

[809, nov.]

218 K. capitulare ecclesiasticum. — ‚Primo omnium admonendi sunt de rectitudine'.
S. a. d. l.
Pertz LL. 1, 160 = Migne 1, 323. — Baluze capit. 1, 531 incerti anni. — Bréquigny ad 813.

[809, nov.]

219 K. capitula de presbyteris. — ‚Ut nullus presbyter ad introitum'.
S. a. d. l.
Pertz LL. 1, 161 = Migne 1, 325.

[809.]

220 K. capitulare Aquisgranense. — ‚De illis hominibus qui propter culpas eorum'.
S. a. d. l.
Baluze capit. 1, 469: § 1—14 cap. secundi a. 809. — Pertz LL. 1, 155 § 1—14 = Migne 1, 315. — Bréquigny ad 809. — Conf. Boretius 95.

[809.]

221 K. capitula missorum. — ‚De ecclesiis non bene restauratis'.
In inscriptione: Aquis pal., a. 9.
Baluze capit. 1, 465: § 1—28 et 35—37 cap. primi a. 809 = Bouquet 5, 680. — Mutato capitulorum ordine: Pertz 1, 157 = Migne 1, 317. — Bréquigny ad 809. — Conf. Boretius 92.

[809.]

222 K. capitulare de disciplina palatii Aquisgranensis. — ‚Unusquisque ministerialis palatinus'.
S. a. d. l.
Pertz LL. 1, 158 = Migne 1, 319. — Baluze capit. 1, 341 ante a. 801 = Bouquet 5, 657. — Bréquigny ad 800.

[809.]

223* K. capitulare de moneta. — ‚Haec capitula in singulis locis'. S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 159 = Migne 1, 321.

[810, 22 apr.]

224* K., suggerente Ratgerio monasterii Fuldensis abbate, qui conquestus est privilegium a Zacharia papa monasterio datum atque a Pippino rege ob petitionem Bonifacii archiepiscopi roboratum a quibusdam orientalibus episcopis impugnari et violari, et sedis apostolicae et patris sui decreta auctoritate sua confirmat et praecipit, ut rectores monasterii omnibus rebus quas nunc habeant aut ex oblationibus decimisque fidelium habituri sint quiete perfruantur, ita tamen ut decimae a servis tantum et colonis ecclesiis monasterio propriis persolvantur. — ‚Omnibus fidelibus nostris presentibus'.

[Aquisgrani, 10 kal. mai. a. imp...., a. r. 42 et..., ind. 2.]

61 L. ob petitionem Arnonis Iuvavensis ecclesiae archiepiscopi per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas manibusque bonorum hominum roboratas confirmat, per quas Arno ad partem ecclesiae s. Petri et s. Rudberti ab Haholdo eiusque uxore Berhtilda inter alias res MLX iugera in Ehemuotingen super Alezussam flumen, in Fiuhtan, in Chrilheim et in Askeringen sita accepit et invicem ex rebus ecclesiae Haholdo et Berhtildae iugera CDXX cum aedificiis mancipiis aliisque rebus in Puohpach in pago Isincowe et ad Puoche iuxta Outingas dedit. — ‚Si enim ea que fideles regni'.

Paderbrunna in Saxonia, 17 kal. aug. a. 2, ind. 8.

Liber cam. Salisb. saec. 13 exeuntis in arch. Vindobonensi.
Kleimayrn Anhang 63 n° 18 ex hoc libro. — Böhmer 256 ad 815.

815, 22 iul.

62 L. ob petitionem Modoini Augustudunensis urbis episcopi, qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, ecclesiam s. Nazarii, cui Modoinus praeest, atque omnes eius res e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Paderbrunno in Saxonia, 11 kal. aug. a. 2, ind. 8.

Plancher 1, preuves 5 n° 4 ex chartul. = Charmasse 31 n° 20. — Gallia christ. 4, instr. 45 n° 6 = Bouquet 6, 481 n° 35. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 257 ad 815.

815, 1 aug.

63* L., petente Benedicto abbate monasterii s. Dalmatii extra Pedonae civitatem constructi, inspectis praeceptis et confirmationibus priorum regum, scilicet Theodelindae reginae, Bertarith et Grimowaldi, Cumperti et Luitprandi, Karuli quoque regis, quaecunque his praeceptis consignatae sunt possessiones monasterio suae auctoritatis privilegio confirmat. — ‚...vir venerabilis Benedictus'.

Franconofurd pal. reg., kal. aug. a. 2, ind. 7.

Mon. hist. patriae script. 3, praefatio: fragmentum quod Mairanesio abbas ex rationario temporum saec. 16 conscripto excerpsit.

815, 4 aug.

64* L. ob petitionem Benedicti abbatis monasterii Acutiani in territorio Sabinensi ad honorem s. Mariae constructi, qui sibi privilegium et confirmationes Karoli sancienda obtulit, decernit ut hoc monasterium, eodem modo atque monasteria secundum nor-

mam s. Benedicti in Francia constituta, omnes suas possessiones, quarum nonnullae hic enumerantur, sine introitu episcoporum aut aliorum hominum teneat, ut in perpetuum privilegio mundiburdo et defensione imperatoris fruatur, ut monachi licentiam abbatem eligendi habeant, atque ut quicquid ex copulatione servorum monasterii cum liberis feminis secundum legem Langobardorum ad publicum pertinere debuerit, monasterio concessum et confirmatum sit. — ‚Imperialem celsitudinem decet'.

Franconofurd pal. reg., 2 non. aug. a. 2, ind. 8.

Gregorii Catin. chron. in bibl. Farfensi.

Ex chronico: Muratori script. 2[b], 364. — Duchesne script. 3, 654 = Le Cointe 7, 347. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 258 ad 815.

815, 4 aug.

Francofurt, 2 non. aug. ind. 8: v. act. deperd. Acutiani monasterii.

815, 26 oct.

65* L. auctoritatem Karoli sibi a Trasario abbate oblatam confirmans, monasterio Fontanellae in honorem ss. Petri et Pauli constructo suae immunitatis atque tuitionis praeceptum concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis.'

Niumaga pal. reg., 7 kal. nov. a. 2, ind. 9.

Martène ampl. coll. 1, 61 ex cod. Fontan. = Bouquet 6, 482 n° 37. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 259 ad 815.

[815] 11 nov.

66* L., deprecante Leidrado Lugdunensis ecclesiae praesule, qui monasterium antiquitus in insula Barbara ad honorem s. Martini constructum reaedificavit ibique monachos sub Campione abbate congregavit, monasterio immunitatis suae atque tuitionis praeceptum concedit simulque oblatam sibi Leidradi constitutionem sanciens praecipit, ut fratres omnes res coenobii indivisas possideant et pontificibus Lugdunensibus non amplius quam annuum unius librae argenti censum persolvant et potestatem habeant ex semet ipsis abbates eligendi qui ab episcopo benedictionem accipiant. — ‚Si petitionibus servorum dei pro quibuslibet'.

Aquisgrani pal. reg., 3 id. nov. [a. inc. 816] a. 3, ind. 9.

Exemplar mutilum instar autographi exaratum in cod. lat. 8837 bibl. Parisiensis.

Mém. de la soc. des antiquaires de France 3[e] série, 2, 258 ex eodem exemplari quod editor autographum esse credebat.

[815] 11 nov.

67 L. Campioni abbati vel congregationi monasterii s. Martini prope urbem Lugduni ad Sagonam constructi, quod Insula-Barbara vocatur, concedit ut nullum teloneum de tribus eorum navibus per Rhodanum aut Sagonam aut Dubim discurrentibus exigatur; addit ut nemini naves eorum, si quae forte frangantur, destruere aut spoliare liceat. — ‚Episcopis abbatibus... notum sit quia Campio'.

Aquisgrani pal. reg., 3 id. nov. [a. inc. 816] a. 3, ind. 9.

Charta diplomati Karoli VIII regis inserta quod exstat in arch. Lugdunensi.

Le Laboureur 45 ex dipl. Karoli = Bouquet 6, 483 n° 38. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 260 ad 815.

815, 19 nov.

68* L. ob petitionem Rotaldi Veronensis ecclesiae episcopi et Austerberti monasterii s. Zenonis abbatis, qui prolata Karoli confirmatione ostenderunt hoc monasterium incendio deletum a rege Pippino imperatoris fratre una cum Rotaldo in suburbio civitatis reaedificatum et dotatum esse, statuit ut congregatio monasterii omnes res ei delegatas sub imperatoris tuitione quiete possideat, pontifici singulis annis non amplius quam L solidos persolvat et licentiam abbates eligendi habeat; decernit insuper ut feminae liberae servis monasterii matrimonio copulatae a monasterio sine ulla contradictione possideantur. — ‚Imperialem condecet praedecessorum suorum pie facta'.

Aquisgrani pal. reg., 13 kal. dec. a...., ind. 9.

Ughelli 5, 705 ex pervetusto exemplari archivi monasterii = Le Cointe 8, 168. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 261 ad 815.

815, 3 dec.

69* L. ob petitionem Theodemiri abbatis monasterio in pago Nemausensi in insula Psalmodio ad honorem s. Mariae et s. Petri constructo suae immunitatis atque tuitionis praeceptum monachisque licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. dec. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Nemausensi.

Bouquet 6, 484 n° 40 ex autogr. — Vaissete 1, preuves 47 n° 27 ex apogr. vitiato. — Gallia christ. 6, instr. 167 n° 3 ex eodem apogr. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 262 ad 815.

815, 3 dec.

70 L. ob petitionem Sigihardi abbatis qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, monasterium Salvatoris a Wolcanardo abbate in pago Donahgaoe in loco Berg constructum, rebus propriis dotatum et Karolo traditum e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si sacerdotum ac servorum dei petitiones'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. dec. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Monacensi.

Ex autographo: Mon. Boica 28ª, 11 nº 7. — Ried 1, 15 nº 19. — Fink die geöffneten Archive für die Gesch. Baierns (München u. Bamberg 1821) 3ª, 528 nº 1. — Böhmer 263 ad 815.

815, 8 dec.

71* L. qui ex auctoritate Karoli ab Olomundo abbate prolata cognovit, Olomundum in territorio Carcassensi super Duranum fluvium monasterium Malasti ad honorem s. Iohannis baptistae construxisse, deinde vero se una cum monachis tuitionis causa in manus Karoli commendasse, ob petitionem eius hoc monasterium et cellulam s. Martini ei subiectam in suam defensionem et immunitatis tuitionem suscipit monachisque liberam abbatum electionem concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 6 id. dec. a. 2, ind. 8.

Bouquet 6, 485 nº 41 ex autogr. ad 815. — Baluze capit. 2, 1408 nº 28 ex arch. ad 815 = Le Cointe 7, 311 ad 814 = Tentzel app. 47 ad 815 = Mahul 1, 69. — Vaissete 1, preuves 48 nº 28 ex arch. ad 815. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 264 ad 815.

815, 14 dec.

72* L. ob petitionem Heitonis Baselensis ecclesiae episcopi et abbatis monasterii Sintleozesavia in ducatu Alamanniae in Undresinsi pago ad honorem s. Mariae et s. Petri constructi, immunitates Karoli sibi oblatas confirmans hoc monasterium in immunitatis suae defensionem suscipit monachisque licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 19 kal. ian. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Argentinensi.

Ex autographo: Schöpflin 1, 63 nº 78 ad 816. — Grandidier 2, preuves 161 nº 89 ad 816 = Neugart 1, 159 nº 188 = Trouillat 1, 94 nº 49. — Böhmer 265 ad 815.

815, 20 dec.

73 L. ecclesiae Viennensi in honorem s. Mauricii constructae, cui Bernardus archiepiscopus praeest, res quasdam olim abstractas

in Dalforiana villa in Vasionensi pago sitas reddit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 13 kal. ian. a. 2, ind. 9.

Le Cointe 7, 360 = Bouquet 6, 486 n° 42. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 266 ad 815.

815, dec.

74* L., interveniente Haitone episcopo, servo suo Engilberto in fisco Scuznigawe nutrito et in parochia Constantianensi presbytero ordinato potestatem dat, ut quicquid in pago Linzgawe in territorio villae Duringae conquisiverit, monasterio Sindleoscesauvae sollenniter tradat. — ‚Si petitiones sacerdotum ac servorum dei'.

Aquisgrani pal. reg.,... ian. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Karlsruhiano.

Dümgé 67 n° 1 ex autogr. ad 816 = Wirtemb. Urkb. 1, 83 n° 74.

816, 13 ian.

75* L. ob petitionem Doddonis abbatis, qui cellulam ancillarum in pago Albinsi super Vizuzia fluvium ad honorem s. Mariae et ss. Petri et Michaelis constructam et Bodonis monasterium vocatam in regimine habet, oblatam sibi immunitatem Karoli confirmans hanc cellulam e more antecessorum in immunitatis suae defensionem suscipit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., id. ian. a. 2, ind. 9.

Ex chartul. Andelav. saec. 14: Schöpflin 1, 62 n° 77. — Grandidier 2, preuves 159 n° 88. — Böhmer 267 ad 816.

816, 27 ian.

76 L. ob petitionem monachorum monasterii s. Galloni in pago Durgaowe super Petrosam constructi, praecepto Karoli sibi oblato obsecutus iterum litteras confirmat, per quas Sidonius Constantiae urbis episcopus et Iohannes abbas inter se convenerant, ut abbates monasterii episcopis in censum annuum non amplius quam unam auri unciam et caballum libra una aestimatum persolverent et ut monachi dato hoc censu nullam rerum suarum imminutionem paterentur. — ‚Si petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 6 kal. febr. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Sangallensi.

Wartmann 1, 208 n° 218 ex aut. — Neugart 1, 156 n° 185 ex copia. — Böhmer 268 ad 816.

816, 5 febr.

77 L. cui Arno Iuvevensis ecclesiae archiepiscopus immunitates Karoli sanciendas obtulit, eiusdem sedem vel ecclesiam s. Petri,

in qua s. Hruotberti corpus requiescit, cum omnibus possessionibus in immunitatis suae defensionem suscipit. — ‚Cum petitionibus sacerdotum iustis'.

Aquisgrani pal. reg., non. febr. a. 3, ind. 9.

Autogr. in arch. Vindobonensi.

Kleimayrn Anhang 65 n° 19 ex libro camerae. — Böhmer 269 ad 816.

816, 5 febr.

78* L., petente Arnone episcopo, ecclesiae s. Mariae Frisingensi, cui [Hatto] episcopus praeest, reddit et confirmat cellulam Hinticham, quae ab Hattone quondam Frisingensi in confinio Tiburniensi ad fontem Dravi fluvii in honorem ss. Petri et Candidi constructa et Frisingensi ecclesiae tradita erat, postea autem de iure huius ecclesiae abstracta ab Arnone episcopo beneficii nomine possidebatur. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., non. febr. a. 3, ind. 9.

Chartul. Fris. saec. 12 exeuntis in arch. Monacensi.

Ex hoc chartulario: Mon. Boica 31, 32 n° 13. — Meichelbeck 2, 252 n° 479 = Resch 2, 67 ad 815.

816, 10 febr.

79 L. cui quidam ex Hispanis in regnum susceptis querimoniam in duo capitula divisam detulerunt, quorum uno conquesti sunt, quod potentiores eorum qui in palatio praecepta regalia de iuribus Hispanorum accepissent, horum praeceptorum auctoritate freti minores ex locis ab ipsis occupatis et excultis depellere aut in servitium redigere conarentur, altero quod illi qui comitibus et vassis imperatoris aut vassis comitum commendati ab his deserta loca ad excolendum accepissent, timere deberent, ne rursus ex terris a se excultis depellerentur, decernit ut non solum ii qui praecepta illa acceperint, sed omnes qui illo tempore erema loca occupaverint et excoluerint itemque eorum posteri illa loca quiete possideant, deinde ut ii qui postea venerint et terras ab iis quibus commendati fuerint acceperint, ut et ipsi et posteri eorum has terras eadem conditione qua eas adepti sint in futurum possideant. Huius constitutionis omnibus Hispanis, et qui adsint et qui immigraturi sint, concessae VII praecepta uno tenore conscripta Narbonae, Carcassonae, Roscilionae, Empuriis, Barchinonae, Gerundae atque Biterris conservari, exemplar autem unum in archivo palatii reponi iubet. — ‚Notum sit omnibus... quia postquam Hispani'.

Aquisgrani pal. reg., 4 id. febr. a. 3, ind. 9.

Baluze capit. 1, 569 = Le Cointe 7, 361 = Bouquet 6, 486 n° 43 = España sagrada 43, 369. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 270 ad 816.

816, 10 febr.

80* L. ob petitionem Hildebaldi Matisconensis ecclesiae episcopi, per suas litteras omnibus ex sua largitione beneficia ex terris huius ecclesiae habentibus praecipit, ut episcopis secundum iussionem iam dudum factam singulis annis nonas et decimas persolvant et pro viribus quisque ad restaurandas ecclesiae domus adiutorium conferant. — 'Noverit utilitas fidelium... quia vir'.

Aquisgrani pal. reg., 4 id. febr. a. 3, ind. 9.

Cod. Bouhier 44 in bibl. Paris. et chartul. saec. 18 in arch. Matisconensi.

Gallia christ. 4, instr. 265 n° 4 ex cod. Bouhier = Bouquet 6, 487 n° 44. — Cartul. de S. Vincent 45 n° 57 ex chartul. arch. Matisc. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 271 ad 816.

816, 10 mart.

81* L., petente Alegrero abbate monasterii s. Germani Autissiodorensis, oblatas sibi auctoritates confirmat, per quas Pippinus et Karolus quatuor monasterii naves per Ligerim aliaque flumina discurrentes a teloneo solvendo liberaverant. — 'Omnibus episcopis... notum sit quia venerabilis'.

Aquisgrani pal. reg., 6 id. mart. a. 3, ind. 9.

Baluze capit. 2, 1411 n° 31 ex chartul. s. Germani = Le Cointe 7, 363 = Bouquet 6, 488 n° 45 = Cartulaire de l'Yonne 1, 28 n° 14. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 272 ad 816.

816, 26 mart.

82* L. prolato sibi ab Helogar Alethensi episcopo praecepto Karoli obsecutus, ei eiusque successoribus auctoritatem concedit, per quam perinde ac per strumenta tempore rebellionis concremata res ab ecclesiis ss. Mevenni et Iudicaelis in loco Wadel atque in insula Machuti iure possessas secundum leges defendant, simulque omnes harum ecclesiarum res in immunitatis suae defensionem suscipit. — 'Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 7 kal. apr. a...., ind. 9.

Lobineau 2, 20 ex vidimus a. 1294 in arch. monast. s. Mevenni = Morice 1, 225 = Bouquet 6, 489 n° 46 = Gallia christ. 14, instr. 233 n° 1 ad 817. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 273 ad 816.

816, 15 apr.

83* L. cui Hildoardus Cameracensis urbis episcopus immunitates Pippini et Karoli sanciendas obtulit, eius sedem s. Mariae dicatam in immunitatis suae defensionem suscipit addens, ut qui hoc praeceptum violaverint, poena DC solidorum multentur. — 'Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 17 kal. mai. a. 3, ind. 9.

Autogr. in arch. Insulensi.

Mutte 1 n° 1 ex autogr. — Le Glay 62 ex autogr., cum specim. scripturae. — Mon. Germ. hist. 9, 415. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 274 ad 816.

816, 2 mai.

84 L. Ratgario abbati, qui imperatorem obsecravit ut monasterium s. Bonefacii in Fulda in pago Grapfeld constructum sicut cetera monasteria imperii sub suam tuitionem atque immunitatis defensionem constitueret, praeceptum immunitatis fieri iubet simulque monachis licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 6 non. mai. a. 3, ind. 9.

Autogr. in arch. Fuldensi.

Dronke 155 n° 322 ex aut. — Rassler app. 30 ex aut. ad 817 = Eckhart 2,877. — Schannat hist. 2, 87 n° 12 ex aut. — Specimen script. in Schannat vind. tab. 4. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 275 ad 816.

816, 2 iun.

85 L. cui Smaragdus abbas immunitatem Karoli sanciendam obtulit, monasterium Castellionis sive Marsupium in honorem ss. Michaelis, Mariae et Petri constructum in suae immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 4 non. iun. a. 3, ind. 9.

Chron. et chartul. s. Mich. saec. 11 in bibl. Parisiensi.

Mabillon analecta 355 ex chron. = Tentzel app. 49 = Calmet 2, preuves 122 (1ª editio: 1, 296) = Bouquet 6, 490 n° 49. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 276 et 277 ad 816.

816, 10 iun.

86* L. cui Iosue abbas anteriorum regum praecepta sancienda obtulit, monasterio s. Vincentii in Beneventanis finibus sito omnes res a Lupo et Hildeprando ducibus, Aystulfo et Desiderio Longobardorum regibus nec non a Karolo aut collatas aut corroboratas denuo per suam auctoritatem confirmat. — ‚Cum petitionibus sacerdotum et servorum'.

Aquisgrani pal. reg., 4 id. iun. a. 3, ind. 9.

Ex chronico Vulturn.: Muratori script. 1ᵇ, 369. — Duchesne script. 3, 681 = Le Cointe 7, 364. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 278 ad 816.

816, 20 iun.

87* L., petente Begone ut coenobiolum Fossatense in pago Parisiaco super Maternam ss. Petro et Paulo et s. Mariae dedicatum, quod cum paene destructum esset, Bego restauravit

et imperatori commendavit, sicut cetera monachorum monasteria in suam defensionem et immunitatis tuitionem recipiat, Benedicto abbati huius monasterii atque monachis immunitatem et ius electionis concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 12 kal. iul. a...., ind. 9.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Tardif 78 n° 108 ex autogr. — Mabillon ann. 2, 721 n° 42 ex aut. = Bouquet 6, 491 n° 51. — Dubois 1, 323 ex chartul. Fossatensi = Gallia christ. 7, instr. 7 n° 7. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 279 ad 816.

816, 20 iun.

88 L. ob petitionem Begonis comitis missos et homines monasterii in pago Parisiaco in loco Fossato super Maternam in honorem ss. Petri et Pauli et s. Mariae constructi atque in suum mundeburdum recepti ab omni teloneo solvendo liberos esse iubet. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia'.

Aquisgrani pal. reg., 12 kal. iul. a. 3, ind. 9.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Tardif 79 n° 109 ex autogr. — Le Cointe 8, 228 ex chartulario. — Dubois 1, 324 ex chart. = Bouquet 6, 492 n° 52. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 280 ad 816.

816, 21 iun.

Aquisgrani pal. reg., 11 kal. iul. a. 3, ind. 9: v. act. deperd. Acutiani monasterii.

816, 1 iul.

89 L. cui Apollinaris abbas monasterii Flaviniaci in pago Alsensi ad honorem d. Iesu et ss. Petri et Praeiecti constructi auctoritatem Karoli sanciendam obtulit, negotiatores atque homines monasterii ab omni teloneo praestando absolvit eique teloneum in ipsius villis et terris exigendum concedit. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia vir'.

Aquisgrani pal. reg., kal. iul. a. 3, ind. 8.

Chartularium Flavin. in bibl. civitatis Castellionis ad Sequanam, cuius copia exstat in cod. bibl. Paris. Bouhier 128.

Beitr. zur Diplomatik 5, 401 n° 10 ex cod. Bouhier.

816, 13 iul.

90 L. praecepto patris obsecutus omnibus ex sua aut comitum aut vassorum largitione beneficia de rebus monasterii s. Michaelis habentibus praecipit, ut Smaragdo abbati eiusque successoribus singulis annis nonas et decimas persolvant et pro viribus quis-

que ad restaurandas ecclesiae domus adiutorium conferant. — ‚Noverit utilitas fidelium... quia sicut domnus'.

Teodonis villa pal. reg., 3 id. iul. a. 3, ind. 9.

Chronicon et chartul. s. Mich. saec. 11 in bibl. Parisiensi.

Baluze miscell. 4, 422 ex chron. = Calmet 2, preuves 123 ad 815, mendose = Bouquet 6, 493 n° 53 ad 816. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 281 ad 816.

816, 19 aug.

91* L., petente Guntramno abbate monasterii Viviarii-peregrinorum in ducatu Alsacinsi super fluvium Morbac in hon. ss. Leudegarii, Petri atque Mariae constructi, oblatam sibi patris auctoritatem confirmat, per quam Karolus homines monasterii in Marsal vel Iris vel ubicunque negotiantes ab omnibus teloneis fisco solvendis liberaverat. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia vir'.

Aquisgrani pal. reg., 14 kal. sept. a. 3, ind. 9.

Autogr. et apogr. saec. 9 in arch. Colmariensi.

Martène thes. anecd. 1, 18 ex chartul. = Bouquet 6, 494 n° 55. — Schöpflin 1, 64 n° 80 ex chartul. — Lünig 19, 958 n° 12. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 283 ad 816, 22 aug.

816, 22 aug.

92 L., petente Guntramno abbate monasterii Vivarii-peregrinorum in ducatu Alsacensi super fluvium Morbac in hon. ss. Leodegarii, Petri et Mariae constructi, oblatam sibi Karoli auctoritatem confirmans praecipit, ut liberi homines monasterio ex tempore Pippini oboedientes sine ulla iudiciariae potestatis inquietudine secundum eorum consuetudinem vivant monasterioque deserviant. — ‚Notum sit omnibus... quia vir'.

Aquisgrani pal. reg., 11 kal. sept. a. 3, ind. 9.

Autogr. in arch. Colmariensi.

Schöpflin 1, 64 n° 79 ex autogr. — Lünig 19, 958 n° 11. — Martène thes. anecd. 1, 19 ex chartul. = Bouquet 6, 495 n° 56. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 282 ad 816.

816, 23 aug.

93* L. per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas et sibi a Riphuino ostensas confirmat, per quas [Atto] Frisingensis episcopus, consentientibus fratribus ecclesiae s. Mariae et permittente imperatore, ex rebus episcopatus Riphuino villam Buoch in pago Westergowe dedit et invicem ab eo ad partem ecclesiae res eius in loco eiusdem pagi Burgreni dicto atque tertiam partem villae Aotingas vocatae accepit. — ‚Si enim quae fideles imperii nostri'.

Aquisgrani pal. reg., 10 kal. sept. a...., ind. 9.

Chartul. Fris. saec. 12 exeuntis in arch. Monacensi.
Mon. Boica 31, 34 n° 14 ex hoc chartul. — Meichelbeck 1[b], 252 n° 478 (conf. 1, 106) ex libro trad. dicto rubro parvo.

[816] 27 aug.

94* L. ob petitionem Heti Treverensis ecclesiae archiepiscopi, qui sibi immunitatem Karoli obtulit, ecclesiam s. Petri, cui Heti praeest, in tuitionis suae atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

Aquisgrani pal. reg., 6 kal. sept. a. 3, ind. 10.

Autogr. mutilum et copia saec. 14 in Balduineo, in arch. Confluentino.
Beyer 1, 55 n° 50 ex aut. et copia. — Hontheim 1, 167 n° 70. — Gallia christ. 13, instr. 305 n° 18. — Böhmer 284 ad 816.

[816] 28 aug.

95* L. ab Adaloch ecclesiae Argentoratensis sive Strazburgensis in honorem s. Mariae constructae episcopo rogatus, ut oblatam sibi Karoli auctoritatem sanciret, praecipit ut rectores praedictae sedis locellum Stillam inde ab antiquis temporibus ex regum confirmationibus possessum quiete teneant atque possideant. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 5 kal. sept. a. 3, ind. 10.

Autogr. in arch. Argentinensi.
Ex autographo: Grandidier 2, preuves 165 n° 91 ad 817. — Schöpflin 1, 65 n° 81 ad 817, cum ectypo quod exstat etiam in Kopp pal. crit. 1, tab. 2. — Gallia christ. 5, instr. 462 n° 2 ad 816. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 285 ad 816.

[816] 30 aug.

96* L. monasterio s. Germani, in quo eius corpus requiescit et cui Hirmino praeest, piscariam in Sequana Karolivennam dictam, quam proavus suus Karolus prope Rioilum villam in pago Pinciacensi construi iussit, concedit, salvo tamen iure monasteriorum s. Dionysii et s. Petri quae inde nocturnam accipiant. — ‚Quicquid pro amore dei pro oportunitate'.

Aquisgrani pal. reg., 3 kal. sept. a. 3, ind. 10.

Charta corrupta saec. 10 in arch. Parisiensi.
Ex hac charta quam autographam esse credebant: Mabillon acta ss. 4, 108 ad 816 (conf. annales 2, 428) = Bouquet 6, 505 n° 71 ad 817. — Bouillart 13 n° 14 ad 816. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 302 ad 817.

[816] 30 aug.

97 L. ob petitionem Fredegisi abbatis monasterii s. Martini, cuius corpus ibidem requiescit, oblatas sibi priscorum regum Francorum nec non Pippini et Karoli immunitates confirmans, omnes res s. Martini, in quocunque regno sive in Austria sive in Niustria, Burgundia, Aquitania, Provincia, Italia sint, sub suae immunitatis atque protectionis defensione consistere iubet, et adiungit ut qui hoc praeceptum violaverint, poena DC solidorum auri multentur, et ut quicquid monasterio iniuste abstractum sit, ex hac auctoritate sit penitus restaurandum. — ‚Si petitionibus servorum dei pro quibuslibet'.

Aquisgrani pal. reg., 3. kal. sept. a. 3, ind. 10.

Baluze capit. 2, 1412 n° 32 ex chartul. s. Mart. ad 816 = Le Cointe 7, 474 ad 817 = Bourassé 14 n° 6 ad 816. — Martène ampl. coll. 1, 63 ex chartul. ad 816 = Bouquet 6, 506 n° 72 ad 817. — Gallia christ. 14, instr. 19 n° 13 ex schedis Baluz. ad 816. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 303 ad 817.

[816] 30 aug.

98 L. ob petitionem Fridugisi abbatis s. Martini, qui sibi praeceptum a Karolo Vulfardo abbati concessum ad sanciendum obtulit, homines ab abbate vel clericis negotiandi causa per Austriam, Neustriam, Burgundiam, Aquitaniam, Provinciam, Italiam seu ceteras imperii partes dirigendos itemque eorum carra et saumatica ab omni teloneo solvendo immunia esse iubet. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 3 kal. sept. a. 3, ind. 10.

Martène ampl. coll. 1, 65 ex chartul. ad 816 = Bouquet 6, 508 n° 73 ad 817. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 304 ad 817.

816, 2 sept.

99 L. monachis monasterii Marsupii in loco Castellionis ad honorem ss. Michaelis et Mariae vel s. Petri constructi, cui Smaragdus abbas praeest, concedit ut neque ullum tributum ex patellis eorum in Marsallo aut in subteriori vico sitis neque ullum teloneum ab eorum hominibus exigatur. — ‚Omnibus episcopis.. notum sit quia concessimus'.

Aquisgrani pal. reg., 4 non. sept. a. 3, ind. 10.

Chronicon et chartul. s. Mich. saec. 11 in bibl. Parisiensi.
Mabillon analecta 356 ex chron. = Le Cointe 7, 727 = Bouquet 6, 495 n° 57. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 286 ad 816.

816, 23 oct.

100* L. ob petitionem Benedicti Andegavensium civitatis praesulis, qui sibi auctoritatem immunitatis sive navalis evectionis Karoli sanciendam obtulit, ecclesiam s. Mauricii, cui Benedictus praeest, atque omnes eius res e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit simulque tres naves ecclesiae per Ligerim discurrentes ab omni iudiciaria potestate absolutas esse iubet. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

Salmunciaco pal., 10 kal. nov. a...., ind. 10.

Copia in collectione Housseau bibl. Parisiensis.
Gallia christ. (1ª editio) 2, 116 ex exemplari in cathedralis archivo = Bouquet 6, 496 nº 59. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 288 ad 816.

816, 8 nov.

101 L. cui monachi monasterii Prumiae a Pippino ad honorem s. Salvatoris constructi et propriis rebus ditati retulerunt, partem waldi prope monasterium siti, quem Pippinus sibi cum aliis donationibus confirmasset, a servis fisci Tumbas vocati contra ius occupatam esse, postquam inquisitione Adalberti missi et siniscalci rem ita se habere repertum et monasterium ab altero misso Withario revestitum et waldus certis signis designatus est, iubet et praecipit, ut monasterium waldum praedictum secundum determinationem huic auctoritati insertam quiete possideat. — ‚Notum sit omnibus fidelibus nostris... quia monachi'.

Conpendio pal. reg., 6 id. nov. a. 3, ind. 10.

Liber aureus Prum. saec. 12 in bibl. Trevirensi.
Ex hoc libro: Beyer 1, 57 nº 51. — Martène ampl. coll. 1, 66 ad 817 = Hontheim 1, 170 nº 72. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 290 ad 816.

816, 17 nov.

102* L. auctoritatem Karoli sibi ab Audoaldo abbate oblatam sanciens, monasterium Salvatoris in territorio Clusino in monte Amiado situm in suam tuitionem immunitatisque defensionem suscipit, ei ecclesiam s. Petri in Carmarita et cellulam ss. Savini, Rescude, Petri et Stephani in Terquino confirmat monachisque, consentiente filio suo Bernardo rege, licentiam dat abbates eligendi. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Conpendio pal., 15 kal. dec. a. 3, ind. 10.

Autogr. in arch. Senensi.
Ughelli 3, 590, vitiose = Le Cointe 7, 375. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 291 ad 816.

816.

103 L. capitulare a. 816. — ‚Omnibus episcopis... si duo testimonia'.

In inscriptione: a. 3.

Pertz LL. 1, 195 = Migne 1, 371. — Eccard leges Francorum Salicae et Ripuariorum (Francofurti 1720 f°) 183. — Conf. Boretius 141 et K. n° 175.

[816.]

104 L. constitutio de liberis et vassallis. — ‚Si quis per cartulam ingenuus'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 196 = Migne 1, 373. — Conf. Boretius 98.

[816.]

105* L. cum quo Hildebaldus ecclesiae s. Vincentii Matisconensis episcopus conquestus est, tertiam partem telonei in civitate et in pago solvendi itemque tertiam partem salinarum in Iugis et in villa Candeverris sitarum huic ecclesiae esse abstractas, cum ex relatione Leidrardi archiepiscopi ad hanc causam investigandam missi has res secundum divisionem olim factam ecclesiae s. Vincentii esse debere cognosset, per suam auctoritatem rectoribus ecclesiae illas res reddit et perpetuo possidendas confirmat. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

S. a. d. l.

Codex Bouhier 44 in bibl. Paris. et chartul. saec. 18 in arch. Matisconensi.

Cartul. de S. Vincent 316 n° 539 ex chartul. saec. 18.

817, 27 apr.

106* L. monasterio Suricino in pago Tolosano ad honorem s. Mariae constructo, cui Bertrandus abbas praeest, donat res sibi ab Ariaca quondam comite traditas, villas videlicet Blizentiam, Montlieu, Exartigas, Vaccariam, Marcillanum in Ausciensi pago et res iuris sui in pago Dagni in villis Alamanni et Modolingo sitas. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 5 kal. mai. a. 4, ind. 10.

Charta in nominibus geographicis retractata.

L. Y. de Brugeles chroniques eccles. du diocèse d'Auch (Toulouse 1746 in 4°) 2, preuves 42. — Bouquet 6, 501 n° 65 ex schedis Estiennot, ad 5 mai. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 292 ad 817.

817, 19 mai.

Numagio, 14 kal. iun. a. 4, ind. 10: v. act. deperd. Lodovense.

817, 4 iun.

107 L., ambasciante Matfrido, monasterio s. Galli in Durgaowe, cui Gauzbertus abbas praeest, censum tributum omniaque XLVII mansorum opera comitibus praestanda remittit, salvis tamen functionibus ex iisdem mansis palatio exhibendis; inseruntur huic praecepto nomina et mansorum et comitum in quorum ministeriis siti sunt. — ‚Omnibus comitibus partibus Alamanniae'.

Aquisgrani pal. reg., 2 non. iun. a. 4, ind. 10.

Autogr. in arch. Sangallensi.

Wartmann 1, 217 n° 226 ex autogr. — Wirtemb. Urkb. 1, 90 n° 79 ex autogr. — Herrgott geneal. dipl. aug. gentis Habsburgicae (Viennae 1737 in f°) 2^b, 18 n° 36 ex autogr. — Neugart 1, 163 n° 191 ex cod. tradit. — Böhmer 293 ad 817.

817, 16 iul.

108* L. testamentum et ordinationem confirmans, per quae Regimpertus Lemovicae urbis episcopus cellulam a Mathusalam diacono in loco Lemovicini pagi Carentenago dicto ad honorem Salvatoris constructam et canonicae s. Stephani traditam una cum aliis rebus ad procuranda canonicorum stipendia delegavit, vetat ne haec cellula cuiquam in beneficium tribuatur neve in alios usus convertatur. — ‚Si petitionibus sacerdotum iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 17 kal. aug. a. 4, ind. 10.

Copia saec. 18 in cod. lat. bibl. Paris. 9193.

Besly préface 18 = Le Cointe 7, 476. — Gallia christ. 2, instr. 164 n° 2 ex chartario Lemov. ad 818. — Bouquet 6, 501 n° 66 ex copia chartul. inter schedas Cl. Estiennot. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 297 ad 817.

817, 16 iul.

109 L. ob petitionem Regimperti Lemovicae urbis praesulis, qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, eiusdem sedem s. Stephano dicatam atque omnes eius res e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

Aquisgrani pal. reg., 17 kal. aug. a. 4, ind. 10.

Copia saec. 18 in cod. lat. bibl. Paris. 9193.

Bouquet 6, 502 n° 67 ex schedis Cl. Estiennot. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 298 ad 817.

817, 16 iul.

110 L., petente Elpodorio comite, cuius pater Eribertus in comitatu Vivariensi in locum eremum fisci Crudatum dictum super

Rhodanum monachos congregaverat, hos monachos eorumque abbatem Bonaldum cum omnibus rebus in suam defensionem suscipit simulque eis immunitatem et licentiam abbates eligendi indulget. — ‚Si erga loca divinis cultibus dicata'.

Aquisgrani pal. reg., 17 kal. aug. a. 4, ind. 10.

Chartul. Aptense in biblioth. Lugdunensi.
Vaissete 1, preuves 50 n° 30 ex vidimus a. 1397. — Bouquet 6, 503 n° 68 ex Vaissete et ex schedis Cl. Estiennot. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 299 ad 817.

817, 24 iul.

111* L. ob petitionem Agiulfi abbatis monasterii Sollemniaci a s. Eligio in honorem s. Petri constructi, oblatas sibi Pippini et Karoli immunitates confirmans omnes res monasterii sub defensionis suae atque immunitatis munimine consistere iubet. — ‚Cum locis divino cultui mancipatis'.

Aquisgrani pal. reg., 9 kal. aug. a. 4, ind. 10.

Autogr. in arch. Lemovicensi.
Baluze capit. 2, 1414 n° 33 ex schedis I. Sirmondi ad 817 = Le Cointe 7, 470 = Bouquet 6, 504 n° 69. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 300 ad 817.

[817, iul.]

112* L. capitulare Aquisgranense generale.

S. a. d. l.

a) Prologus. — ‚Quia iuxta apostolum'.
Pertz LL. 1, 204 ad 817 = Migne 1, 393. — Baluze capit. 1, 561 ad 816 = Bouquet 6, 415. — Carpentier 3 ad 817. — Bréquigny ad 816.

b) Capit. ad ecclesiasticos ordines pertinens. — ‚Quia iuxta s. patrum traditionem'.
Pertz LL. 1, 206 ad 817 = Migne 1, 395. — Baluze capit. 1, 563 ad 816. — Carpentier 5 ad 817. — Bréquigny ad 816.

c) Capit. legibus addenda. — ‚Si quis aut ex levi causa'.
Pertz LL. 1, 210 ad 817 = Migne 1, 403. — Baluze capit. 1, 597: cap. primum a. 819 = Bouquet 6, 417. — Bréquigny ad 819.

d) Capit. per se scribenda. — ‚Si mancipia dominos suos'.
Pertz LL. 1, 214 § 1—8 ad 817 = Migne 1, 409. — Baluze capit. 1, 611: cap. quartum a. 819 = Bouquet 6, 424. — Bréquigny ad 819. — Conf. Boretius 145.

e) Capit. missis contradita. — ‚Legatio omnium missorum... primo ut sicut iam aliis'.
Pertz LL. 1, 216 ad 817 = Migne 1, 413. — Baluze capit. 1, 613: cap. quintum a. 819 = Bouquet 6, 425. — Bréquigny ad 819.

817, iul.

113 L. divisio imperii. — ‚Cum nos in dei nomine anno'.

Aquisgrani pal., m. iulio a. inc. 817, a. imp. 4, ind. 10.

Pertz LL. 1, 198 = Migne 1, 373. — Baluze capit. 1, 573 = Bouquet 6, 405. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 294 ad 817.

817, 4 aug.

114* L. fratribus monasterii Fuldensis ob eorum suggestionem locum suum Bingenheim in pago Wetereiba complectentem plus minus LXXXVII mansos, quos Burchardus comes beneficii titulo habuit, in proprium concedit, cum ipse tamen acceperit ab eis in pago Nithehgou super fluvium Nita iuxta fiscum suum Franchonfurt quicquid monasterium in villis Horaheim et Stetdi habuit cum fonte salis et silva communi itemque vineas et mansos aliquos iuxta Bingam et in loco Helisa ultra Renum sitos. — ‚Cum iustum esse constat ut regalis'.

Inglinheim pal. reg., 2 non. aug. ind. 10.

Cod. Eberhardi in arch. Fuldensi, vitiose.

Dronke 158 n° 325[a.b] ex autogr. mutilo et cod. Eberh. — Schannat trad. 125 n° 299 ex chartario ad 817, 2 aug. — Böhmer 301 ad 817, 2 aug.

817, 20 nov.

115 L., Wendilmaro urbis Tornacensis episcopo ad amplificanda canonicorum claustra quasdam fisci terras in ipsa urbe sitas petente, inspectione per missos abbatem Irmionem et Ingobertum et Hartmannum facta, huic ecclesiae CCXV perticas concedit, quarum alteram partem Werimfredus beneficii, alteram ministerii iure Hruoculfus comes huc usque habuerunt. — ‚Notum sit omnium.. solertiae quia postulavit'.

Aquisgrani pal. reg., 12 kal. dec. a. 4, ind. 11.

Le Mire 2, 1127 ex arch. ecclesiae = Gallia christ. 3, instrum. 43 n° 1 ad 818 = Bouquet 6, 509 n° 74 ad 817. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 305 ad 817.

817.

116 L. constitutio de servitio monasteriorum. — ‚Haec sunt quae dona'.

In inscriptione: apud Aquis sedem reg., a. inc. 817.

Sirmond conc. Galliae 2, 685 ex cod. monast. s. Aegidii = Baluze capit. 1, 589 = Mabillon ann. 2, 436 = Bouquet 6, 407 = Pertz LL. 1, 223 = Migne 1, 423. — Bréquigny ad 817. — Böhmer 296 ad 817.

[817.]

117 L. litterae encyclicae.

S. a. d. l.

a) Litt. ad Arnonem Salzpurcgensem archiepiscopum atque eiusdem tenoris ad Sicharium archiepiscopum. — ‚Sacrum et venerabile concilium'.

Pertz LL. 1, 219 ad 817 = Migne 1, 417. — Kleimayrn 66 n° 20 ad 816. — Baluze capit. 1, 557 et 561 ad 816. — Bréquigny ad 816.

b) Litt. ad Magnum Senonicae urbis archiepiscopum alterius formae. — ‚Sicut vobis nuperrime'.

Pertz LL. 1, 219 ad 817 = Migne 1, 417. — Baluze capit. 1, 553 ad 816 = Bouquet 6, 333 n° 1. — Bréquigny ad 816.

[814—817.]

118* L. ob petitionem Theodulphi Aurelianensis ecclesiae archiepiscopi et abbatis monasterii s. Aniani, oblatas sibi auctoritates Pippini et Karoli confirmans congregationi s. Aniani concedit, ut nullum teloneum nec de villis monasterii nec de vehiculis nec de sex navibus negotiandi causa discurrentibus exigatur. [Additur confirmatio divisionis possessionum inter abbatem et canonicos factae.]. — ‚Notum sit cunctis fidelibus [Christi]'.

S. a. d. l.

Hubert preuves 75 ex apogr. interpolato tabul. s. Aniani, mendose = Le Cointe 7, 373. — Bréquigny ad 816.

[814—817.]

119 L., petente Theodulpho Aurelianensis ecclesiae archiepiscopo et abbate monasterii canonicorum in suburbio civitatis ad honorem s. Aniani constructi, in quo s. confessoris corpus requiescit, oblatas sibi Pippini et Karoli auctoritates confirmans monasterio immunitatis suae tuitionem concedit. — ‚Cum petitionibus sacerdotum iustis'.

S. a. d. l.

Hubert preuves 74 ex apogr. mutilo tabul. s. Aniani, mendose = Le Cointe 7, 372. — Bréquigny ad 816 et 826.

[post 817.]

120 L. filio suo Hlothario caesari et consorti imperii mansum dominicum et alios LX mansos ex villa sua Herinstein in pago Alsacensi in proprium concedit. — ‚Notum sit... quia nos dilecto filio'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 1, 177 n° 140. — Carpentier 52 n° 25 = Bouquet 6, 646 n° 25. — Bréquigny pag. 202.

818, 2 iun.

121 L. ad quem Gauzbertus abbas monasterii s. Galli in pago Durgaowe siti retulit, quasdam res ab Isimgrimo olim monasterio legaliter traditas una cum rebus Isimgrimi, cum imperatori infidelis interfectus esset, in fiscum redactas esse, postquam inquisitione Richoini comitis rem ita se habere cognovit, easdem res monasterio reddit et confirmat. — ‚Cum locis divino cultui mancipatis'.

Aquisgrani pal. reg., 4 non. iun. a. 5, ind. 11.

Autogr. in arch. Sangallensi.

Wartmann 1, 225 n° 233 ex autogr. — Neugart 1, 169 n° 196 ex cod. tradit. — Böhmer 306 ad 818.

818, 3 iun.

122 L. monasterium s. Galli in pago Durgaowe situm, cui Gau[z]bertus abbas praeest et quod s. Constantiae ecclesiae, cui Wolfleozus episcopus praeest, subiectum fuit, in suam defensionem et immunitatis tuitionem suscipit. — ‚Cum peti[ti]onibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. iun. a. 5, ind. 11.

Apographum saec. 9 in arch. Sangallensi.

Wartmann 1, 226 n° 234 ex hoc apogr. — Neugart 1, 170 n° 197 ex copia Halleriana. — Böhmer 307 ad 818.

818, 27 iul.

123* L., petente Adalgaudo abbate monasterii Floriacensis in pago Aurelianensi super Ligerim ad honorem ss. Petri et Benedicti constructi, in quo s. Benedicti corpus requiescit, oblatam sibi patris auctoritatem confirmat, per quam Karolus, pariter ac Pipinus fecerat, vehicula et quatuor naves monasterii a teloneo solvendo liberavit. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia venerabilis'.

Aurelianis civ., 6 kal. aug. a. 5, ind. 11.

Bouquet 6, 511 n° 77 ex schedis Cl. Estiennot, fragm. — Böhmer 308 ad 818.

818, 27 iul.

124 L. ob petitionem Adalgaudi abbatis qui sibi immunitates Karoli et Pipini sanciendas obtulit, monasterium s. Benedicti Floriacense in pago Aurelianensi super Ligerim constructum, in quo s. Benedicti corpus requiescit, atque omnes eius res e more antecessorum in tuitionis suae atque immunitatis defensionem suscipit monachisque licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aurelianis civ., 6 kal. aug. a. 5, ind. 11.

Copia chartul. Patriciacensis in cod. bibl. Paris. Bouhier 126. Perard 46 ex chartul. Patriciacensi = Bouquet 6, 512 n° 78. — Bréquigny ad 818. — Böhmer 309 ad 818.

818, 17 aug.

125 L. anteriores suas auctoritates sanciens, Heimonem abbatem et congregationem monasterii Magni - loci in Arvernico pago ad honorem s. Sebastiani constructi sub sua plenissima defensione et immunitatis tuitione consistere iubet. — ‚Cum locis divino cultui mancipatis'.

Andecavis pal., 16 kal. sept. a. 5, ind. 11.

Bouquet 6, 513 n° 79 ex schedis bibl. s. Germani. — Bréquigny ad 818. — Böhmer 310 ad 818.

[818, 17 aug.]

126* L. ob petitionem Hermengardis coniugis monasterio s. Antonini concedit et confirmat, quicquid ei imperatrix eiusque servi ex rebus ab ipsis acquisitis in villa Pociolos dicta donaverunt. — ‚Notum sit omnibus praesentibus... quod ad deprecationem'.

[Andegavis civ., 16 kal. sept. a. 5, ind. 11.]

Charta vitiata et mutila.

Baluze capit. 2, 1435 n° 51 ex vet. narratione in arch. monasterii conservata = Bouquet 6, 511 n° 76.

[818, sept.]

127* L. ex relatione Matmonici abbatis monasterii Landevennoch edoctus, conversationem et tonsionem quas monachi Britanniae a Scotis acceperint discrepare ab ordine s. apostolicae atque Romanae ecclesiae, eos in posterum secundum ordinem huius ecclesiae et secundum regulam s. Benedicti vivere iubet. — ‚Omnibus episcopis et universo ordini'.

S. a. d. l.

Lobineau 2, 26 ex chartul. Landev. = Morice 1, 228 = Bouquet 6, 513 n° 80 = Gallia christ. 14, instr. 189 n° 1. — Acta ss. 3 mart. 1, 245 ex cod. Monstroliensi vitae s. Winwaloei. — Bréquigny ad 818.

[819 ineunte.]

128* L. capitula legi Salicae addita. — ‚De capitulo primo, id est de mannire; de hoc capitulo iudicatum est'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 225 = Merkel lex Salica 48 = Migne 1, 437. — Baluze capit. 1, 607: cap. tertium a. 819 = Bouquet 6, 422. — Bréquigny ad 819.

[819.]

129* L. responsa misso cuidam data. — ‚Ut pagenses per sacramenta'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 227 = Migne 1, 439. — Baluze capit. 1, 605: cap. secundum a. 819 = Bouquet 6, 421. — Bréquigny ad 819.

[819] 13 ian.

130* L. cui Iosue abbas praecepta principum et ducum Longobardorum Gisulfi et Sicardi atque Karoli augusti sancienda obtulit, monasterio s. Vincentii in Beneventano territorio super Vulturnum constructo omnes res a prioribus regibus vel ducibus vel aliis hominibus aut collatas aut corroboratas denuo per suam auctoritatem confirmat. [Additur ut nemini in terris monasterii residere liceat, ut abbas et monachi secundum priscam consuetudinem per scariones finem faciant, ut nemo pensum a familia monasterii exigere praesumat]. — ‚Cum petitionibus sacerdotum vel servorum'.

Aquisgrani pal. reg., id. ian. a. 6, ind. 12.

Vidimus a. 1272 in arch. Vaticano.

Ex chron. Vulturnensi: Muratori script. 1[b], 371. — Duchesne script. 3, 684. — Bréquigny ad 819. — Böhmer 313 ad 819.

819, 9 mart.

131 L. fratribus Bellae-cellae, quae in Albiensi pago super fluvium Aquotem in loco a Wulfario comite monasterio Anianensi delegato ad honorem s. Benedicti nuper constructa est, privilegium a Benedicto abbate, consentientibus electo successore eius Georgio et monachis Anianensibus et Nebridio archiepiscopo, concessum confirmat et per has litteras iubet, ut fratres Bellae-cellae ex semet ipsis abbatem eligant et, quamdiu professionem suam bene observaverint, nullam molestiam nec a rectoribus nec a congregatione Anianensibus patiantur; addit ut haec cellula sub eadem immunitate atque defensione qua omnes Anianensis monasterii res consistat. — ‚Notum sit omnibus... quia vir'.

Aquisgrani pal. reg., 7 id. mart. a. 6, ind. 12.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.

Ex chartulario: Vaissete 1, preuves 52 n° 32. — Mabillon acta ss. 5, 210 = Tentzel app. 4 = Bouquet 6, 515 n° 83. — Bréquigny ad 819. — Böhmer 314 ad 819.

819, 15 mart.

132* L. ecclesiae s. Petri Magalonensi, cui Argemirus praeest, villam eius Villam-novam in territorio Magalonensi, quam Rober-

tus comes beneficii nomine habuit, perpetuo possidendam reddit. — ‚Constat nos divina ordinante gratia'.

Aquisgrani pal. reg., id. mart. a. 6, ind. 12.

Vaissete 1, preuves 52 n° 33 ex arch. — Gariel 85 = Le Cointe 7, 505. — Gallia christ. 6, instr. 342 n° 2 = Bouquet 6, 516 n° 84. — Bréquigny ad 819. — Böhmer 315 ad 819.

[819, 15 mart.]

133 L. sedem ecclesiae Magalonensis s. Petro dicatae, cui Argemirus episcopus praeest, in suam defensionem et immunitatis tuitionem recipit. — ‚Praemium nobis apud dominum aeternae remunerationis'.

S. a. d. l.

Gariel 86, fragmentum = Le Cointe 7, 506.

819, 16 mart.

134* L. Arnulfo abbati monasterii s. Filiberti in insula Heri siti, qui propter incursiones barbarorum ex consensu imperatoris novum monasterium in loco pagi Erbadellici Deas dicto aedificaverat et ad ipsum aquam ex Bedonia fluvio perducere volebat, aquaeductum facere permittit, ea tamen conditione ut, ubi aquaeductus stratam regiam transeat, talis pons construatur qui facilem transitum praebeat. — ‚Notum sit omnium... sagacitati qualiter vir'.

Aquisgrani pal., 17 kal. apr. a. 6, ind. 12.

Chifflet preuves 191 ex autogr. = Le Cointe 7, 506 = Iuenin 2, 79 = Bouquet 6, 516 n° 85. — Bréquigny ad 819. — Böhmer 316 ad 819.

819, 8 apr.

135* L. monasterium a Dadone et Medraldo abbate in pago Rutenico super Dordunum in loco Concas dicto institutum, postquam monachis ad necessitates eorum explendas ex rebus suis IX ecclesias cum earum appendiciis delegavit, sub immunitatis tuitione et speciali sua et filiorum defensione consistere iubet. — ‚Multis fidelium nostrorum et praecipue his'.

Aquisgrani pal. reg., 6 id. apr. a. 6, ind. 12.

Baluze capit. 2, 1416 n° 35 ex arch. monast. = Le Cointe 7, 507. — Bouquet 6, 517 n° 86. — Gallia christ. 1, 236 ex autogr. ad 820. — Bréquigny ad 819. — Böhmer 317 ad 819.

819, 13 apr.

136* L. immunitatem Karoli ab Einhardo abbate prolatam confirmans, monasterium in pago Bracbatensi ad honorem s. Petri constructum et Ganda dictum, in quo s. Bavonis corpus requiescit

in immunitatis suae defensionem suscipit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., id. apr. a. 6, ind. 12.

Autogr. in arch. capituli s. Bavonis.

Le Mire 1, 18 n° 14 ex autogr. = Le Cointe 7, 508 = Tentzel app. 50. — Bréquigny ad 819. — Böhmer 318 ad 819.

819, 1 mai.

137 L. ob petitionem Hilduini summi sacri palatii capellani et abbatis s. Dyonisii per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas abbas de rebus ecclesiae suae Garamanno cuidam mancipium Hemeltrude dedit et invicem ab illo ad partem monasterii mancipia Waltcaudum, Gulbertum, Audinum accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

Aquisgrani pal. reg., kal. mai. a. 6, ind. 12.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Tardif 79 n° 112 ex aut. — Ectypon in Facsim. de l'École des chartes = Kopp Schrifttafeln n° 20.

819, 19 iul.

138 L., petente Sigoaldo Hispolitinae urbis episcopo atque abbate monasterii Aphternaci, quod b. Willibrordus episcopus in pago Bedensi in honorem s. trinitatis et s. Petri aedificavit et in quo ipse sanctus requiescit, auctoritatem Karoli sibi oblatam confirmans omnibus rempublicam administrantibus praecipit, ut nullum teloneum ab hominibus monasterii exigant, sed eis ubicunque auxilium et mundoburdium praebeant. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia vir'.

Ingelenheim pal. reg., 14 kal. aug. a. 6, ind. 12.

Liber aur. Epternac. saec. 13 incip. in bibl. Gothana, et copia autographi recentior in bibl. Parisiensi.

Beitr. zur Diplomatik 5, 402 n° 11 ex libro aureo.

[819, 19 iul.]

139 L. immunitatem Karoli a Sigoaldo abbate et Spolitinae ecclesiae episcopo prolatam confirmans, monasterium Epternacum a b. Willibrordo episcopo, qui ibidem requiescit, in pago Bedensi in honorem s. trinitatis et s. Petri constructum in immunitatis suae defensionem suscipit. — ‚Cum peticionibus sacerdotum ac servorum dei iustis'.

S. a. d. l.

Liber aur. Epternac. saec. 13 incip. in bibl. Gothana.

Beitr. zur Diplomatik 5, 403 n° 12 ex libro aureo.

819 [24 iul.]

140* L., cum Ethingh et Hruotmar et Thancmar habitatores pagi Stormusi apud missos Ertangarium comitem et Erlegaldum conquesti essent, res suas quamquam Francis fideles permansissent una cum rebus Wigmodorum infidelium fisco addictas esse, ex inquisitione missorum et ex testimonio aliorum bonae fidei hominum edoctus res illis iniuste esse abreptas, omnem proprietatem quam antea iure possederint eis eorumque posteris reddi iubet et per suum praeceptum confirmat. — ‚Notum sit omnibus... quia quidam homines'.

Ingelinheim pal. publ., 9 kal.... a. 6, ind. 12.

Chartul. Corbeiense saec. 15 in arch. Monasteriensi.
Ex hoc chartulario: Wilmans 1, n° 4. — Schaten 65. — Bréquigny ad 819. — Böhmer 320 ad 819.

819, 26 iul.

141* L. monasterio s. Bonifacii in Fulda, in quo eiusdem martyris corpus requiescit, ex rebus proprietatis suae villam Massenheim in pago Kuningessuntere in perpetuum possidendam sollemni donatione confert, ea quidem conditione ut neque haec villa neque loca adiacentia Dinenheim et Abenheim a Karolo tradita unquam a monasterio alienentur neve laicis in beneficium concedantur. — ‚Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis'.

Ingilenheim pal. publ., 7 kal. aug. ind. 12 [a. inc. 820].

Cod. Eberhardi in arch. Fuldensi, vitiose.
Dronke 176 n° 390 ex cod. Eberh. ad 820. — Schannat trad. 131 n° 314 ex chartario ad 820. — Bréquigny ad 820. — Böhmer 332 ad 820.

819, 7 aug.

142 L., cum Wyrundus abbas monasterii Orembach in honorem s. Petri constructi, quod ex proprietate Lantberti et Herardi est, conquestus sit quasdam res temporibus Karoli monasterio iniuste abstractas esse et cum a Donato, facta inquisitione, relatum sit rem ita se habere, imperator et res a Sygismundo sine iudicio Rotberto imperatoris villico redditas et res in pago Wormacensi in Gylnheim marcha atque in pago Blisensi ab Attone et Wicberto comitibus monasterio vel eius possessoribus Warnario et Widoni iniuste ereptas atque in publicum redactas monasterio reddi iubet et confirmat. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Ingelnhaim pal. reg., 7 id. aug. a. 6, ind. 12.

Ex chartulario saec. 15: Acta pal. 6, 248 n° 4. — Mon. Boic. 31, 43 n° 17. — Croll 1, 95. — Tabouillot 4, 22. — Böhmer 321 ad 819.

[819] 2 sept.

